dinem. Beatitudo enim terrena primo cōſiſtit
in abundantia tēporaliu3 bonoꝝ. q̄ frequen-
ter eſt occaſio multoꝝ maloꝝ. ⁊ ideo ſaluator
inducit ad oppoſitum cum dicit (Beati paupe
res) ⁊ accipitur hic paupertas voluntaria per
quam quis contēnit ⁊ abȷcit a ſe bona tempo-
ralia quantum poteſt fieri bono modo ut ho-
mo liberius vacet operibus vite contēplatiue
(quoniam veſtrum eſt regnum dei). ſ. in ſpe et
poſtea erit veſtrum in re. z°. cōſiſtit i hoc ꝙ be-
ne ſit hoī quantum ad corpus. videlicet i cibis
⁊ potibꝰ ⁊ huiuſmodi carnis delectabilibus. ⁊
ideo ſaluator inducit ad oppoſitum. d. (Beati
qui nunc eſuritis) abſtinentes a predictis de-
lectabilibus quātum bono modo poteſt fieri.
vt caro redigatur in ſeruitutem aīe: vt ſic peci-
piantur cōſolatōeſ diuine. iđ ſubditur (q: ſatu
rabimini) ichoatiue i pn̄ti vita ꝑcipiendo ꝑdic
tas conſolatōes ſed ꝑfecte i patria ſ3 qđ diciꝛ.
pſal. i6. Satiabor cum apparuerit gloria tua.
3°. conſiſtit i t̄pali iocūditate inepta. ad cuiꝰ op
poſitū inducit di. (Beati qui nūc fletis) ꝯſide-
rando ꝙ t̄ps pn̄tis vite nō ē niſi luctus ⁊ triſti
tie tum ratōne culpe ſine cuius cōmiſſiōe vita
preſens non poteſt tranſire ſaltem quantu3 ad
culpam venialem. tum ratione dilationis glo-
rie. ſm qđ dꝛ. Can. z. Nunciate dilecto q: amo
re langueo. 4°. conſiſtit i fauore hominū ⁊ lau-
de. ex quibus frequēter hoies ſupbiūt ⁊ i alia
vitia cadūt. iđ iducit ad cōtrariū. d. (beati eri-
tis cū vos oderūt hoies ⁊c̄) nō ꝙ aliqs dbeat
odiū hoiu3 q̄rere ⁊ affectare: ſ3 q: timore huiꝰ
odȷ nō debet ueritatē vite iuſticie ⁊ doctrie di
mittere. Secūdū hec enī faciebāt prophetis. ſ.
veris ut p3 de hieremia quē ꝑꝑ veritatē ab eo
dictam reputauerūt ꝑditorē ⁊ eū icarcerauerūt
⁊ tādē lapidauerūt: ut dicūt aliq ⁊ de Eſa. que3
cū ſerra ſecauerūt ⁊ de multis aliȷs (Uerūtn̄)
hic cōſequēter retrahit ab actibus vitiorū. d.
(veh uobis diuitibꝰ) diuitȷs abutētibꝰ. uerū
tn̄ q: multi bene utūꝛ diuitȷs. ſ3 qđ dꝛ Eccle.
.31. Btūs uir diues q iuentus ē ſine macl̄a ⁊c̄.
⁊ beatus Ambroſius dic̄. Sicut diuitie ipedi-
mēta ſūt reprobis ita ꝓbis ſūt adiumenta uir-
tutis. iđ ſubditur (q habetis hic cōſolationem
ueſtram) abutentes diuitȷs ad uite uolupta-
tē (Ueh uobis qui ſaturati eſtis) per ineptam
leticiā ad peccatū mortale declinantem ſecun-
dū qđ dꝛ prouer. z. qui letāꝛ cum male fecerit
⁊ exultāt i rebus peſſimis (ueh cū benedixerit
uobis homines) per applauſum talē nutriētes
nos in malis ſecūdū ꝙ dicit pſal. 9. Laudatur
peccator in deſiderȷs aīe ſue. ⁊ iniquuſ benedi
citur. Secundum hoc faciebant prophetis ſci-
licet falſis qui ad habendu3 populi applauſū
prophetabant falſum ſicut patet. 3. Regū. zz.
de ſedechia qui fecit ſibi cornua ferrea ad pro-
phetandum falſa non ſolum uerbis ſed etiam
factis. ſicut ⁊ prophete ueri uerbis ⁊ factis ali-
quando uera prophetabant (Sed dico uobis)
hic conſequenter inducit ad actus uirtutum
⁊ primo q̄tum ad uirtutes que perficiunt ap-
petitum ſecūdo q̄tū ad illas q̄ ꝑficiūt intellec-
tum ibi. Dicebāt aūt illis. illa diſtictio tn̄ nō ē
ꝑciſa ſed a pricipaliori ꝑte. q: i qualibet ponūꝛ
aliqua ꝑtinentia ad ꝑfectionē itellectus ⁊ uo-
luntatis. Circa primum dicitur (diligite inimi
cos ueſtros) pharisei ⁊ legiſꝑiti circa hoc erra-
bāt dicētes ꝙ ſicˀ amicꝰ ē diligēdus ita inimicꝰ
ē odiēdus quē errorē remouet ſaluatō. d. (dili
gite ⁊c̄) q: l3 uitiū eoꝝ ſit odiēdū. natura tn̄ eſt
diligēda. Sciendū tn̄ ꝙ diligere ē uelle alicui
bonū. triplex aūt ē genꝰ bonoꝝ. q: q̄dā ſūt ſpi-
ritualia q̄ ſūt bōa gratie. ⁊ glīe. ⁊ quātū ad hoc
omnes tenemur inimicos diligere optando eiſ
bona gratie quibus homo ñ pōt male uti. ⁊ iđ

tenemur ea velle etiã inimicis.qꝛ ois homo ex
caritate ẽ diligẽdus.Alia ſũt bõa nature vt foꝛ
titudo coꝛpis ſanitas ſubtilitas īgenij. ꝛ conſi/
milia.Alia aũt ſũt bõa foꝛtune.ſ.diuitie hono/
res ꝛ ſimilia.ꝛ iſtis duplicib⁹ bõis poſſũt hoīeſ
bene vti ꝛ male.ꝑꝑ qḋ talia nõ tenemur inimi
cis velle niſi īquãtũ faciũt ad eoꝝ ſalutẽ(bene
facite his q oderũt vos)beneficẽtia ẽ effect⁹ di
lectõis ꝛ iõ ꝓpoꝛciõat̃ ei ſicut effect⁹ ſue cauſe.
ꝛ iõ tenemur benefacere inimicis in his q̃ ſpec
tant ad eoꝝ ſalutẽ ꝑ loco ꝛ tp̄e ꝛ alijſ circũſtan
tijs debitis cõcurrẽtibus.ñ ãt tenemur ī alijſ.
ꝛ,qꝛ ẽ qḋdam beneficiũ qḋ a q̃libet quãtũcũqꝫ
paupe poteſt exiberi ꝛ ꝑtiet ad ſalutẽ:ſcꝫ oꝛare
ꝑ ſalute aiaꝝ.iõ iſtud bñficiũ ꝑ loco et tẽpoꝛe
ꝛ alijs circũſtãtijſ tenemur etiã exhibere inimi
cis.iõ ſubditur(benedicite maledicẽtibus vo
bis) ipꝛecãdo eis bõa gr̃e ꝛ glie (et oꝛate ꝑ per
ſequẽtib⁹ vos)optãdo eis dicta bõa (et q ꝑcuſ
ſerit te ī maxillã ꝓbe ei alterã)iſtud nõ ẽ ītelli/
gẽdũ ſẽp q̃ntũ ad effectũ exterioꝛẽ. vñ ꝛ xp̄s in
maxilla ꝑcuſſus vt habet Joã.18.non obtulit
aliã ſꝫ magis ꝑcutiẽtẽ ſe caritatiue coꝛꝛexit di/
cẽs.Si male locut⁹ ſũ teſtimoniũ ꝑhibe de ma
lo.Si aũt bene cur me cedis: ſꝫ ẽ intelligẽdũ ſe
cũdũ p̄parationẽ animi.ſm qḋ dicit Aug. lib⁹
ḋ ſermõe dñi ī mõte.qꝛ hõ dꝫ habere aium pre
paratũ ad ſuſtinẽdũ ꝑcuſſionẽ in alia maxilla
antequã ſuſcitaret ſcãdalũ uel aliqd aliud cõ/
tra caritatẽ(q aufert tibi veſtimentũ aut tuni
cam.noli pꝛohibere)eo mõ ītelligendũ ẽ ſecun
dũ p̄parationẽ animi ī caſu cõſimili.nõ aũt in
caſu ī quo ex tali ꝑmiſſiõe nutrietur rapiẽs in
malitia ſua.imo ī tali caſu nõ eſſet bonũ ſuſtie
re.niſi ꝑꝑ ſcãdalũ uel aliqd aliud maiuſ malũ
euitãdũ(Omni petẽti te tribue).ſ.donũ ꝉ ver/
bũ ſcḋꝫ ꝙ dicit Aug.ſi irrõabiliter petat tribu
endũ eſt ei verbũ oſtẽdẽdo ꝙ irrõnabiliter pe
tat.ꝛ tũc ſic dicit Aug.Meliuſ enim aliqd da/
bis cũ iniuſte petẽtẽ coꝛꝛexeriſ.Si aũt rõnabi
liter petat tribuẽdũ ẽ ei donũ qḋ petit ꝛ ſi ſit in
neceſſitate extrema poſitus talis datio cadit
ſub pꝛecepto. vñ dicit beatus Ambꝛoſius.Pa/
ſce fame moꝛientem ſi nõ pauiſti occidiſti.al's
eſt ſuꝑerogationis(et q aufert que tua ſunt ne
repetas).ſ.ī iudicio ꝛ hoc intelligẽdũ ẽ ſecũdũ
p̄parationẽ animi.ſicut dictũ ẽ de auferẽte ve
ſtimentũ(Et pꝛout vultis vt faciunt vobis ho
mines ꝛc̃)hoc ītelligitur de velle rõnabili ꝛ oꝛ
diato tantũ(et vos facite illis ſimiliter) iſtud
facere;ī caſu neceſſitatis ẽ pꝛecepti.ī alijs ſuꝑe
rogatõis(Et ſi diligitis illos q vos diligũt tã/
tũmõ que vobis ẽ gr̃a)ideſt merces a deo red
dẽda ī eterna vita.q.d.nulla. qꝛ talis dilectio
nõ ꝓcedit a caritate q̃ ſe extendit ad oẽs hoïes
ꝛ iõ nõ ẽ meritoꝛia(Et ſi bene facitis ꝛc̃) eodeꝫ
modo exponẽdũ ẽ qꝛ beneficẽtia ẽ effectus di/
lectõis: vt p̄dictũ ẽ(Et ſi mutuũ dederitis)eo
dẽ mõ exponẽdũ ẽ(nã ꝛ peccatoꝛes peccatoꝛi/
bus fenerant̃)ideſt dãt mutuũ.qḋ pꝫ ex eo qḋ
ſubdit̃(ut recipiãt equalia)nõ vltra ſoꝛtẽ:ſed
mutuũ equale ſi voluerit petere (Verũtñ dili
gite inimicos veſtros)hoc ẽ iaꝫ expoſitũ ſupꝛa
(ꝛ mutuũ date nihil inde ſꝑantes ) ideſt nihil
vltra ſoꝛtẽ:nec ſeruitiũ nec aliud:ſed ex carita
te q̃ ẽ pꝛĩcipiũ ꝛ rõ merẽdi apud deũ.iõ ſubdit̃
(et erit merces ueſtra multa.ꝛ eritis filij altiſſi
mi)qꝛ ſola caritas diuidit ĩter filios regni ꝛ ꝑ/
ditõis(Eſtote miſericoꝛdeſ ſicut ꝛ pater veſter
ꝛc̃)ḋs enĩ releuat miſerias vr̃as.nõ expectãdo
aliqd a vobis:ſꝫ ꝑꝑ ſuã bonitatẽ ſic hõ dꝫ mo/
ueri ad releuãdũ miſeriã ꝓximi ꝑꝑ amoꝛẽ bo/
nitatis diuine(Nolite iudicare)qualiter autẽ
iudiciũ ſit peccatũ dictũ fuit Math. 7.c.(Da
te et dabitur vobis).ſ.bonũ nature foꝛtũe gr̃e
ꝛ glie.dũ tñ datio fiat ex caritate.ꝛ iõ ſubditur
(Menſurã bonã)quãtũ ad bona foꝛtũe. q̃ ali/
qñ cõferũt ꝓpter oꝑa pietatis(et cõfertã) quã
tum ad bona nature ſicut ſanitas ꝛ huiuſmõi
q̃ etiã aliqñ conferũtur ꝓpter oꝑa pietatis( et
coagitatã)quãtũ ad bõa gr̃e (et ſuꝑefluẽtem)
quãtũ ad bõa glie.ꝛ iõ dicit apl's.i.ad Thi.4.
Pietas ad oia valet ꝑmiſſionẽ vite q̃ nũc ẽ ha
bens ꝛ future(eadẽ quippe mẽſura ꝛc̃)qꝛ ſecũ/
dũ ꝙ oꝑa pietatis ſũt maioꝛa ꝛ retributio diui
na.iſta tñ maioꝛitas nõ ẽ attẽdẽda ſẽꝑ ſecũdũ
magnitudinẽ oꝑis exterioꝛis.ſed magis ſecun
dũ magnitudinẽ iterioꝛis affect⁹.Vñ ꝛ Mar.
12.vidua q̃ miſit duo minuta ī gazophilatium
ſecundũ teſtimoniũ ſaluatoꝛis dr̃ plus miſiſſe
q̃ꝫ multi diuites q magna dona miſerant (Di
cebat aũt illis) Hic cõſequẽter īducit ſaluatoꝛ
exẽplũ ad virtutes ꝑficiẽtes ītellectũ q̃ ſũt ſa/
piẽtia de diuinis.ꝛ ſciẽtia de humanis ĩq̃ntum
oꝛdiatur ī deũ.ꝛ iſte v̄tutes potiſſime requirũ/
tur ī platiſ ꝛ rectoꝛib⁹ alioꝛũ.cuiuſmodi futuri
erãt aplĩ ꝛ alij xp̄i diſcipuli ꝛ eoꝝ ſucceſſoꝛes.ſ.
ep̄i ꝛ ſacerdoteſ curati ꝛ h̃ ẽ qḋ dr̃ ( Nũqd põt
cecus)ideſt carenſ ſciẽtia ꝛ ſapiẽtia(cecũ duce
re).i.ignoꝛãtẽ dirigere.q.d.nõ . iõ ſubdit̃(Nõ
ne ambo ī foueã cadũt)ideſt ī trãſgreſſionem ꝛ
peccatũ.q.d.ſic.vnde grego.ī paſtoꝛali. Cũ pa/
ſtoꝛ ꝑ abꝛupta gradit̃ ꝯñs ẽ vt grex ad p̄cipiti/
um ſequat̃.iõ ſeqt̃(Nõ ẽ diſcipulus ſupꝛa ma
giſtrũ)ꝛ iõ nõ ẽ mirũ ſi ipſũ ſequat̃. vñ ſeqt̃(ꝑ/
fectus aũt oïs erit ſi ſit ſicut magiſter ei⁹)qꝛ ſi
aſſimiletur bono magiſtro erit ꝑfectus ſecũdũ
veritatẽ.ſi aũt malo erit perfect⁹ ſecũdũ quan
dã trãſũptionẽ eo mõ loquẽdi quo dr̃.5.Me/
tha.ſic aũt trãſſerẽtes ꝛ ad mala dicimuſ calũ
niatoꝛẽ ꝑfectũ ꝛ latronẽ ꝑfectũ.qm̃ ꝛ bonos di
cim⁹ ipſos.ꝛ latronẽ bonũ ꝛ calũniatoꝛẽ bonũ
ꝛ qꝛ p̄latus ꝛ rectoꝛ malus nõ habẽt frõtẽ coꝛ/
rigẽdi.ideo ſubditur(qd aũt vides feſtucam ī
oculo fratris tui)hoc expoſitũ ẽ Math.7.ca.
(bon⁹ homo de bono theſauro coꝛdis ſui)q the
ſaurus ẽ ſcientia et v̄tus(ꝓfert bonũ)ꝑ doctri
nã ſanã ꝛ vitã exẽplarẽ(ex abundãtia enĩ coꝛ/
dis os loqt̃)qꝛ ſecũdũ qḋ dr̃.i. Periarmiaſ. vo
ces ſũt note ideſt ſigna eaꝝ paſſionũ q̃ ſũt ī aïa
Et qꝛ mali rectoꝛes dicũt ſe eẽ vicarios xp̄i iõ
ſubditur(Quid aũt vocatis me dñe dñe ꝛ non
facitis q̃ dico).q.d.talis auctoꝛitas non cedet
vobis ad vtilitatẽ ſꝫ magis ad dãnatõnẽ(Oĩſ
q venit ad me) Poſtq̃ꝫ ſaluatoꝛ pꝛemiſit ſuam
inſtructionem . hic conſequenter inducit ad
eius conſeruationem et patet littera ex dictis
Math.7.

C VII

Um aũt īpleſſet) Poſtq̃ꝫ ḋſcripta ẽ xp̄i
īſtructio. Hic ꝯſequẽter ponit̃ eiuſdeꝫ
īſtructõis cõfirmatio.Et ꝑ̄ ſigno ſẽſibi
bili. 2°. facto īuiſibili ibi. Rogabat aũt illum.
Pꝛima i.d.qꝛ ꝑ̄ deſcribũt̃ q̃dã miracula facta
corã turbis ſecũdo corã diſcipulis Joãnis ibi.
Et nũciauerũt ioãni.Circa ꝑ̄mũ ponũt̃ duo mi
racula.ꝑ̄mũ ẽ de ſeruo cẽturiõis ſanato.Secũ
dũ de filio vidue reſuſcitato ibi.Et factũ ẽ dein
ceps.ſentẽtia ꝑ̄me partis pꝫ ex dictꝭ Math.8.
exceptis q̃ ſequũt̃(erat moꝛiturus ex illa infir
mitate)niſi ꝑ xp̄m fuiſſet ſanatus(q erat illi ꝓ/
cioſus)ideſt carus ꝛ dilect⁹.ꝛ ꝑꝑ hoc vocatur
eius filius. Joanniſ.4.c.ſecunduꝫ Chriſo.Alij
tameꝫ dicunt ꝙ fuit aliud miraculuꝫ ab iſto ꝛ
etiã alia ꝑſona curata hic ꝛ ibi.ut ibidẽ pleni⁹
dicet̃(Miſit ad eoſ ſẽioꝛes iudeoꝝ) Math.8.
dicitur ꝙ īpemet acceſſit ad ieſum ſed non eſt
intelligendum in perſona pꝛopꝛia.ſed quia ac/
ceſſit per amicos ꝛ nuncioſ.quod eniꝫ per ami/
cos facimus. facimus quodammodo per nos
metipſos (ut veniret ꝛ ſanaret)centurio nõ ro/
gabat ut vẽiret ad ſanandũ ut patet ex littera
ſequenti ſed ſenioꝛes iudeoꝛuꝫ miſſi hoc petie/
runt pꝛeter centurionis intentioneꝫ credentis
ꝙ ſolo verbo poſſet eum curare abſqꝫ pꝛeſentia
coꝛpoꝛali ( diligit enim gentem noſtram)ideſt
iudeos ex quo patet ꝙ erat gentiꝉ poſitus ibi
ad cuſtodiam terre a pꝛincipibus romanis ( ꝛ
ſynagogam īpe edificauit ) licꝫ.n.haberẽt vnũ
locum tantũ ad offerendũ ſacrificia ꝛ oblatõꝫ
ſcꝫ templũ qḋ erat in hieruſaleꝫ. tamen in ſin/
gulis ciuitatibus ꝛ caſtriſ habebant loca īqb⁹
conueniebant cã oꝛationis ꝛ audiendi verbuꝫ
dei que ſynagoge vocabãtur(īuenerũt ſeruum
q lãguerat ſanatũ)ex v̄bo xp̄i abſẽtis vt habe
tur Math.8.(Et factũ ẽ) Hic ꝯſequẽter deſcri
bit̃ miraculũ de filio vidue reſuſcitato (ī ciui/
tate q̃ vocatur naim)ciuitas ꝑua eſt galilea ꝑ
pe mõtẽ thaboꝛ(et ibãt cũ eo diſcipuli e⁹ ꝛ tur
ba copi.) hoc factũ ẽ ut euidẽti⁹ eẽt miraculuꝫ
corã multis factũ(ecce defunct⁹ efferebat̃) ad
ſepeliẽdũ.antiq̃tus enĩ loca ſepulture erant ex
tra ciuitatẽ ne ex cadauerib⁹ īficerẽt̃ habitato
res ciuitatis (miſericoꝛdia motus ſuper eã) tũ
qꝛ erat vidua.tũ qꝛ non habebat aliũ filiũ a q̃
poſſet ī ſenectute ſuſtentari(noli flere). q.d .ci/
to cõſolata eris (Et acceſſit ꝛ tetigit loculũ). i.
feretrũ.ad hoc.n. tetigit ut oſtenderet ꝙ coꝛp⁹
ſuũ diuinitati vnitũ erat īſtrumẽtũ diuinitatꝭ
etiã ī miraculis faciẽdis de mõ aũt cooꝑandi
ad hoc dictum fuit Mar.5.(et cepit loqui ) ut
manifeſte appareret ꝙ erat vere reſuſcitat⁹ et
nõ apparenter tñ. vnde ꝛ de ſymone mago le/
gitur ꝙ apparenter reſuſcitauit quẽdam moꝛ
tuũ q tñ loq nõ poterat per qḋ apparuit illã re
ſuſcitatõnẽ fuiſſe tãtũ apparẽter (qꝛ pꝛopheta
magn⁹ ſurrexit ī nobis) ideſt ille magn⁹ ꝓphe/
ta de quo dicitur Deut.18.Pꝛophetam ſuſcita
bo eis de medio fratrũ ſuoꝝ ꝛc̃.qḋ ītelligit̃ de
xp̄o ī lege ꝛ ꝓphetis ꝓmiſſo.ꝛ iõ ſubditur(et qꝛ
deus viſitauit plebẽ ſuã)mittẽdo eis ſaluato
rẽ(Et nũciauerũt ioãni) Hic ꝯſequẽter ad con
firmationẽ doctrĩe xp̄i ponũt̃ miracula coꝛam
diſcipulis ioãnis facta cũ ſubdit̃ (ī ipſa aũt ho
ra curauit multos ꝛc̃)et ꝑ hoc r̄ndit queſtioni
ioãnis oſtẽdẽs ꝙ ipſe eẽt uerus xp̄s ꝑ miracu/
la ſoli diuie v̄tuti poſſibilia cũ ſubdit̃ (et reſpõ
dẽs dixit illis)et cõſequẽter ponit̃ ioannis cõ
mẽdatio cũ dr̃(Et cũ diſceſſiſſẽt)magis enĩ vo
luit ioãnẽ cõmẽdare ī abſẽtia diſcipuloꝛũ eiuſ
q̃ꝫ in pꝛeſẽtia. ut ei⁹ cõmẽdatio ñ ex fauoꝛe hu
mano ſed amoꝛe v̄itatis ꝓcedere videret̃ .cete
ra aũt patẽt ex dictis Math.11.uſqꝫ ibi(Et oïs
ppl's) vbi poſt ioãnis cõmẽdationẽ ponit euã/
geliſta phariſeoꝝ ꝛ legiſꝑitoꝝ cõfutatõneꝫ ꝛ ꝑ̄
v̄bis ppli. 2°. v̄bis xp̄i ibi. Cui.ḡ. Circa ꝑ̄mũ dr̃
(Et oïs ppl's).i. ſimplices ꝛ ſinglares (ꝛ publi/
cani)ideſt mundanis ꝛ publicis negotiationi/
bus occupati(iuſtificauerũt deũ baptizati bap/
tiſmo ioãnis)ex hoc enĩ ꝙ audierũt xp̄m tã ex/
cellenter cõmẽdantẽ ioãnẽ ceperunt laudare
ꝛ gloꝛificare deum tãq̃ꝫ iuſtũ ꝛ glorioſũ de hoc
ꝙ erant baptizati a tãto ꝛ tali ꝛ ad pñiaꝫ voca
ti:ꝛ per hoc apparet cõfutatio phariſeoꝛuꝫ qui
de ſua ſcientia ſuperbientes ſpꝛeuerũt baptiſ/
mũ ioãnis a deo inſtitutũ.et h̃ ẽ qḋ dicit̃ (pha/
riſei aũt ꝛ legiſꝑiti cõſiliũ dei ſpꝛeuerunt Cui
ergo ſimiles dicam ꝛc̃) Hic cõſequenter ponit̃
cõfutatio phariſeoꝝ ꝛ legiſperitoꝛũ ex uerbis
xp̄i.ꝛ pꝫ ſẽtẽtia ex dictꝭ Math.11.d.( Rogabãt
aũt illũ)deſcripta ꝯfirmatõe doctrĩe xp̄i ſigno
viſibili.hic cõſequẽter deſcribit̃ eiuſdẽ cõfir/
matio facto īuiſibili videlicet ꝑ remiſſionẽ pec
catoꝝ mulieriſ peccatricis. vbi ꝑ̄ deſcribit̃ lo/
cus cũ dicit̃ (et īgreſſus domũ phariſei diſcu/
buit) legit̃ aũt xp̄s mãducaſſe cũ peccatoꝛibuſ
ut eos ad penitẽtiã ꝓuocaret ut hẽt̃ Math.9.
Jtẽ cũ amicis familiarib⁹ ut eoꝝ ḋuotionẽ nu/
triret.ut dr̃ Joã.12.de Martha.ꝛ maria . Jteꝫ
cũ cognatꝭ pauꝑib⁹.ut eoꝝ īopiã ſuppleret .ut
hẽt̃ Joã.2.de nuptijs ubi deficiẽte uino xp̄us
aquã uertit ī uinũ. Jtẽ cũ phariſeiſ ſuꝑbiẽtib⁹
ut eoꝝ ſuꝑbiã cõfutaret pꝛout hic habet̃ .ut vi
debit̃ pꝛoſequendo(Et ecce mulier ꝛc̃)ḋ pecca/
tis ſuis plene ꝛ ꝑfecte cõtrita(ꝛ ſtans retro) qꝛ
ꝑ̄ verecũdia ſui peccati nõ audebat ſe ante po
nere(lachꝛymis cepit rigare pedes ei⁹ ꝛc̃)ex q̃

p3 magnitudo ꝯtritõis ex qua tãtũ fleuit ꝙ po
terãt lauari pedes uniꝰ hoĩs nudis pedibꝰ ĩce/
dẽtis (et capillis capitis ſui tergebat) qbꝰ ante
ad cõpoſitionẽ uultꝰ fuerat abuſa (et oſcula/
batur pedes eiꝰ ut totũ deo ſeruiret ĩ penitẽtia
gcqd ex ſe deũ cõtẽpſerat in culpa. ſm qd dicit
Greg. (et unguẽto ungebat) ad refrigeriũ calo
ris ⁊ mitigatiõ3 doloris ex labore itineris (Ui
dẽs aũt) hic cõſequẽter ponit̃ phariſei ĩdigna/
tio unde ſubdit̃ (ait intra ſe.d. h̃ ſi eẽt ꝓpheta)
uerus ſciẽſ occulta (ſciret utiqȝ q̃ ⁊ q̃lis eẽt mu
lier) ⁊ ꝑ ꝯñs nõ dimitteret ſe tãgi ab ea (Et re/
ſpõdẽs ihs) ad ꝯfutationẽ illiꝰ ꝑ h̃. n. ꝙ rñdit
ad eꝰ cogitationẽ q̃ ſoli deo nota ẽ oñdit ſe pluſ
q̃ ꝓphetã (duo debitoreſ ⁊c̃) ꝑabola ẽ ut cõueni
enter cõcludat̃ ꝯ phariſeũ de ſua rñſiõe. q̃ ſub
ditur cũ dr̃ (rñdẽs ſymõ dixit eſtimo ꝙ is cui
plus donauit) q2 amor ĩ hũanis plerũqȝ cãtur
ex ꝓcedẽtibꝰ donis. ⁊ ꝑ ꝯñs maior amor ex ma/
iorib9 donis. Cõſequẽter cũ xp̃us redarguit ex
triplici defectu pietatis cũ dr̃ (intraui domũ tu
am aq̃m pedibuſ meis nõ dediſti) q tñ erãt feſ/
ſi ⁊ dolẽtes ex labore itineris ⁊ lutoſi ſeu pul/
uerizati eo ꝙ ſine calciamẽtis ĩcedebat. ſecun/
do ex defectu caritatis cũ dr̃ (oſculũ mihi non
dediſti) qd ẽ amicitie ſignũ. 3° ex defectu hila/
ritatis ſeu letitie q̃ noĩe olei dñſignat̃ ut dr̃ pſal.
64. Propterea unxit te ds de. tu. ⁊c̃. Tria aũt
dicta reqrũt̃ ĩ hoſpitalitate gl'ioſa. Et econtra
laudat mulierẽ de triplici ꝑfectõe oppoſita ut
p3 ĩ littera. ⁊ iõ ꝯcluditur (remittũt̃ ei peccata
multa qm̃ dilexit multũ) uidet̃ aũt ꝙ deberet
dici cõtrariũ. q2 ꝑ dixerat donũ eẽ cãm amoris
hic ãt ecõtrario ĩfert amorẽ eẽ cãm doni. Dicẽ
dũ ꝙ ꝑ ĩ ꝑabola loq̃bat̃ mõ hũano ubi amor ex
dono cãtur. ſ3 ĩ applicatõe ꝑabole ad ꝓpoſitũ.
cõuertit ſe ad loquẽdũ de amore dei erga nos
q nõ ꝓcedit ex bonis meritis nr̃iſ ſ3 magis cau
ſat bonũ ĩ nobis iõ cõueniẽter concluſit dicto
mõ. Ul'aliter ꝑt dici ꝙ ĩ peccato duo ſũt remit
tẽda. ſ. culpa ⁊ pena. Culpa aũt ex dei liberali/
tate remittit̃ cũ nullũ bonũ meritoriũ poſſit eſ
ſe in nobis ſine gr̃a quã nõ habemꝰ an̄ culpe re
miſſionẽ. ſ3 habita gr̃a ⁊ culpa dimiſſa: adhuc
remanet pẽa remittẽda. ad cuiꝰ remiſſionẽ fac̃
bonũ opꝰ nr̃m caritate ĩformatũ. ⁊ de hac remiſ/
ſiõe loq̃t̃ dñs. unde ſeq̃t̃ (cui ãt minꝰ dimittit̃
minus diligit) remiſſio aũt culpe aut nulla eſt
aut total'ſit̃. ſed remiſſio pene fit ꝑ ꝑtes ⁊ nõ to
ta ſimul de cõi curſu. l3 aliqñ fiat tota ſimul ꝓ
pter feruorẽ penitẽtis ⁊ ex liberalitate dei. ⁊ h̃
fuit ĩ ꝓpoſito ĩ hac muliere (remittũt̃ tibi pccã
tua) nõ ſolũ quãtũ ad culpã: ſ3 ẽt q̃tũ ad penã
ex uehemẽti amore di ⁊ horrore pcc̃i ꝑteriti (q' ſ
ẽ hic q pccã dimittit) h̃ dicebãt q2 uidebãt tan
tũ hũanitatẽ exteriꝰ appẽtẽ. ſ3 ignõabãt deita
tẽ ĩteriꝰ latẽtẽ. q̃ põt pccã dimittere (Fides tua
ſaluã te fec̃) q2 iſta fideſ fuit fõmata caritate. ⁊
iõ fecit habẽtẽ dignã uita eterna. De iſta mlĩe

re peccatrice dubitãt aliq doctoreſ utrũ fuerit
maria ſoror lazari uel alia de quo dictũ ẽ qd ſẽ
tiãt doctores Joã. 12. ibi. n. h̃ poſui: q2 ꝑuſ ſcrip
ſi ſup ioãnem q̃3 ſup lucã. C VIII

(Et factũ ẽ deĩceps) Deſcripta iſtructõe
xp̃i facta aplĩs principaliter. hic conſe/
quenter ponitur eiuſdem iſtructio fac
ta aplĩs ⁊ turbis cõiter. Et ꝑ pmittitur quaſi
q̃dã prefatio. 2° ſubdit̃ dicta iſtructio ibi. Cũ
aũt plurima turba. Circa primũ dr̃ (ipſe iter fa
ciebat ꝑ ciuitates) ĩ quo apparet xp̃i diligẽtia ĩ
oꝑe predicatõis (et duodecĩ cũ illo) ideſt duo/
decĩ aplĩ de quoꝝ electõe dictũ ẽ ſupra. 6. c. nõ
tñ ibãt cũ illo ad ꝑdicãdũ ſ3 magis ad audien
dũ ut poſſẽt ꝯueniẽtiꝰ ꝑdicare ad qd miſſi ſunt
poſtea ut patebit ca. 9. (et mulieres alique que
erãt curate ⁊c̃) iõ ſeq̃bant̃ cũ (Maria q̃ uocat̃
magdalena) ſic noĩata a magdalo caſtro ⁊ iſta
ẽ de qua ẽ ſermo factus. 7. c. rõ tñ ſui cognomi
nis diuerſimode aſſignat̃ a doctorib9 diuerſis
illi eni q dicũt ꝙ iſta fuit ſoror lazari dicunt ꝙ
noĩata ẽ magdalena eo ꝙ magdalũ caſtrũ ceci
dit ĩ ꝑtẽ ſuã de hereditate paterna. fuit enĩ pa/
ter eius magnus hõ ⁊ nobilis habẽſ dñiũ ĩ plu
ribus locĩ inter q̃ erat dictũ caſtrũ. Alij do q di
cũt ꝙ iſta nõ fuit ſoror lazari ſed alia eiuſdem
nominis. dicũt ꝙ noĩata ẽ magdalene a mag/
dalo caſtro eo ꝙ erat ĩde oriũda (que miniſtra/
bãt de ſuis facultatibus) apud iudeos erat cõ
ſuetum ꝙ mulieres ſãcte ⁊ deuote miniſtrabãt
doctoribꝰ neceſſaria ex deuotõe. ⁊ iõ q2 xp̃s do
cebat ⁊ ꝑdicabat iter iudeos. h̃ mõ accipiebat
neceſſaria ab eis. Paulus aũt q ꝑdicabat gẽti
libꝰ iter quos nõ erat talis cõſuetudo. nõ ha/
bebat mulieres ſequẽtes ipm ⁊ ei miniſtrãtes
ut habet̃. i. Cor. 9. Ne forte ex hoc gẽtiles ſcan
dalizarẽt (Cũ aũt plurima turba) Hic ꝯſequẽ
ter deſcribitur ipſiꝰ xp̃i doctrina ſeu iſtructio.
⁊ primo deſcribit̃ dicta inſtructio. ſecũdo iſtru
ctiõis cõfirmatio ibi. factũ ẽ ãt. Prima ĩ duas
q2 pmo dñſcribit̃ ꝑabola ſue ꝑdicatiõiſ. ſcdo ſer/
uor ꝑdicãtiſ ibi (uenerũt ãt ad illũ) Prima ad
huc in duas. q2 ꝑ ꝑabola ꝓponit̃. ſcdo exponit̃
ibi iterrogabãt ãt. Sẽtentia ãt iſtaꝝ duarũ ꝑ/
tiũ p3 ex dictĩ Math. 13. excepto qd ſeq̃t̃ ĩ par/
te ſcda (Nemo ãt accendẽs lucernã opit eã va/
ſe) ꝑ lucernã ſaluator h̃ itelligit doctrinã euan
gelicã que nõ ẽ ocultanda nec in latebris tan/
tũ docẽda ſicut doctrĩe ſuſpecte ⁊ male. ſed in
pala3 corã omnibꝰ (Nõ enĩ eſt ocultu3 quod ñ
manifeſtet̃) quia lic3 xp̃s aliqñ docuerit diſci/
plĩos ſecreto: uoluit tñ ꝙ ꝑ eoſ talia publice do
cerent̃ unde dic̃ Math. 10. Quod in aure audi
tis ꝑdicate ſuper tecta. iõ ſubdit̃ (Uidete q̃uo
audiſtis) ut cõſtanter ꝑ orbe3 ꝑdicetis (q enĩ3
habet dabit̃ illi) h̃ ſubdit̃ ad oſtẽdẽdu3 ꝑmiũ
ꝑdicatiõis apoſtoloꝝ q enĩ ꝑdicant ex fide for
mata caritate merent̃ ut ſibi det̃ augmẽtũ gr̃e
ĩ ꝑſenti. ⁊ ꝑmiũ glorie ĩ futuro (⁊ quicũqȝ ñ h3)



videlicet fidem caritate formatã (⁊ qd h3 aufe
ret̃ ab eo) q2 gratie gratiſ date nõ valebũt ei ad
ſalutẽ. ſ3 magis cedẽt ad dãnatiõis ſue augm̃
tũ. ĩq̃tũ abuſus fuerit eis. Aliter exponit̃ de le
giſpitis ⁊ ſacerdotibꝰ iudeoꝝ. q fidẽ xp̃i nõ ha
buerũt. ⁊ iõ noticia legis ⁊ ꝓphetarũ nõ ualu/
it eis ad ſalutẽ. ſed magis nocuit eis ad augm̃
tũ ſue dãnatõis ſecũdũ qd dicit̃ ĩfra. 12. c. Ser
uus q ſciuit volũtatẽ domini ſui ⁊ nõ fecit va/
pulabit multis (Et venerũt) Hic cõſequẽter d
ſcribit̃ feruor xp̃i ꝑdicãtis ex hoc ꝙ ꝓpter ad/
uẽtũ matris ſue etiã expectãtis foras nõ iter/
rupit ꝑdicationẽ l3 eam ĩ ſũme diligeret ⁊ hono
raret ſ3 reſpõdẽſ nũciãti ſibi aduẽtũ dixit (ma
ter mea ⁊ frẽs mei hi ſũt q ṽbũ dei audiũt ⁊ fa/
ciũt). q. d. ille ẽ mihi propĩquuſ q ſpũalibꝰ opi
bus ẽ magis ĩtẽtus. In hac etiã reſpõſiõe xp̃s
ꝯfutauit illũ q ei nũciauit aduẽtũ matris ſue
q2 ſecũdũ doctores noſtroſ malitioſe h̃ fecit ut
ſi ex h̃ ꝑdicationẽ dimitteret argueret ipſũ eẽ
hoĩe3 purũ carnali affectõe motũ. aduertẽdũ
tñ ꝙ frẽs xp̃i hic dicũt̃ cognati ſui germani. co
mõ loquẽdi q̃ apud hebreos frẽs dicũt̃ illi qui
ſũt d eadẽ cognatõe. ⁊ hoc mõ vocauit abrahã
loth nepotẽ fratrẽ ſuũ. ut hr̃ Geñ. 13. c. (Factũ
ẽ aũt) Hic cõſequẽter deſcribit̃ doctrĩe xp̃i cõ
firmatio q̃ ꝓpe fit ꝑ miracula ſm qd dr̃ Mar.
ultio. Sermonẽ ꝯfirmãte ſequẽtibꝰ ſignis. Et
ꝑ dñſcribit̃ miraculũ factũ ĩ mari. ſecũdo factũ
ĩ terra ibi. Et cũ egreſſus eẽt ad terrã. Sñia ꝑ/
me ꝑtis p3 ex dictis Math. 8. ca. hoc excepto.
(Trãſfretemuſ trãs ſtagnũ) Mar. 13. vocatur
mare mõ loquẽdi hebraico quo oĩs cõgregatõ
aquaꝝ ĩ notabili quãtitate vocat̃ mare ſecun
dũ illud Geñ. 1. Et cõgregatões aq̃ru3 uocauit
maria ſecũdũ ueritatẽ aque iordãis fluuij ex/
tẽdunt̃ ibi in magna latitudĩe. iõ frequẽter vo
cat̃ mare ⁊ aliqñ lacus ⁊ aliqñ ſtagnũ ſicut hic
(Et cũ egreſſus eẽt) h̃ aũt deſcribit miraculu3
factũ ĩ terra ⁊ ꝑ de curatõe demoniaci. 2° de ſu
ſcitatõe filie archiſynagogi ibi. Factũ ẽ aũt cũ
rediſſet. Sñia aũt ꝑie ꝑtis p3 ex dictĩ Math.
8. ⁊ Mar. 5. hoc excepto qd ſeq̃t̃ (et ueſtimento
nõ iduebat̃) amẽteſ. n. ⁊ demoniaci multa pñt
ſuſtinere ⁊ pati q̃ nõ poſſũt al's ſuſtinere ſic̃ p3
de nabuchodonoſor Dañ. 4. q ꝑ. 7. ãnos habi/
tauit cũ feris fenũ q̃ſi bos comedẽs (Ipſe aũt
aſcẽdẽs naui reuerſus ẽ ⁊ rogabat illũ uir a q̃
demõia exierãt ut cũ eo eẽt. dimiſit aũt ipſum
ihs). i. noluit ꝙ ipſũ ſeq̃ret̃ cuiꝰ rõ ẽ q2 diſcipu
lis ſequẽtibꝰ xp̃m data ẽ ꝑtãs faciẽdi miracl'a
ut patebit. c. nono ⁊ decĩo. ſi aũt iſte q fuerat d
moniacꝰ talia faceret poſſet a ſimplicibꝰ. ⁊ ẽt a
malitioſis hoĩbꝰ ĩputari ꝙ talia faceret ṽtute
demõis ꝙ xp̃s excludere itẽdebat. ⁊ ex h̃ ꝯſue
tũ ẽ ĩ eccl'ia ꝙ dmoniaci ⁊ furioſi ſi curẽtur nõ
tamẽ ad eccl'iaſtica officia ꝓmouẽt̃ (Factum ẽ
aũt) Hic cõſequẽter deſcribit̃ miraculũ de ſu/
ſcitatiõe filie archiſynagogi. Circa qd ꝑmo po/

nit̃ dicti miraculi ĩchoatio. 2° iterponit̃ mulie
riſ patiẽti fluxũ ſãguis curatio ibi. Et ꝯtigit dũ
iret. 3° dicte ſuſcitatõis cõſumatio ibi. Adhuc
illo loquẽte. Sñia iſtaꝝ ꝑtiũ p3 ex dctĩ Math.
9. ⁊ Mar. 5. c. excepto qd ſeq̃t̃ ĩ ꝑma ꝑte (Exce/
pit ipſu3 turba) Licet. n. ſacerdotes ⁊ legiſꝑiti
ex odio ipſũ deſpicerẽt ⁊ doctrina3 eiꝰ. tñ cõis
ppl's deuote audiebat uerbũ eiꝰ (⁊ ecce uir iai
rus) iſtud nomẽ nõ exꝑmit̃ Math. 9. ⁊ Mar.
5. ⁊ iõ h̃ ſupplet̃. Sciẽdũ tñ ꝙ iſte uocabat̃ iair
ĩ idiomate hebreo. ſ3 noĩa ꝓpa hebraica qñ trãſ
ferũtur ad latinũ frequẽter accipiũt hãc ſylla
bã us ĩ fine. ſicut iacob ĩ hebreo. iacobꝰ ĩ latino
⁊ ſaul ſaulus. ⁊ eodẽ mõ iair iairus. C VIII

(Onuocatis aũt) Deſcripta ꝑdicatione
xp̃i per ſeipm. Hic cõſequẽter deſcribi
tur ꝑdicatio facta ꝑ miſſionẽ diſcipulo
rũ. ⁊ q2 predicator uerbi diuini poſt dſcenſum
per predicationem ad proximũ. debet per ora/
tionem aſcẽdere ĩ deũ. ſic̃ ĩ ſcala iacob angeli d
ſcẽdebant ⁊ aſcendebant. ut hr̃ Geñ. 28. iõ ſal/
uator ꝑmo mittit diſcipulos ꝑdicare. 2° docet
orare. 11. ca. Adhuc circa ꝑmũ ꝑmittitur miſſio
apoſtolorũ. ſecũdo ſubditur miſſio. 72. diſcipu
lorũ. 10. ca. Prima ĩ. d. q2 ꝑmo deſcribitur apo/
ſtolorũ miſſio. ſecũdo eorum reuerſio ibi. Et re
uerſi apoſtoli. Prima adhuc ĩ duas. ĩ ꝑtẽ prin/
cipalẽ ⁊ ĩcidẽtalẽ que ĩcipit ibi. Audiuit aũt he
rodes. Circa prima3 partem datur auctoritas
apoſtolis predicandi ⁊ poteſtas miracula faci
endi ad confirmatõnẽ ſue doctrine. ⁊ ſic mittũ
tur predicare. Et p3 ſñia huiuſ partis ex dictis
Math. 10. (Audiuit aũt herodes) Hec ẽ ꝑs ĩci
dẽtalis. q2 per predicationem aplĩorũ facta xp̃i
predicantium herodes audiuit famam de mi
raculis xp̃i ⁊ deſiderabat videre ipſum magis
ductus curioſitate uidendi miracula q̃3 deuo
tõe. ꝓp qd xp̃s noluit ĩ pñtia eiꝰ aliqd miracu/
lũ facere. ut hr̃ ĩfra. 23. Rõnes do q̃re aliq cre
debant xp̃m eẽ ioãnẽ de qbus fuit iſte herodeſ
alij heliã. alij hieremiã. alij unũ ex prophĩs an
tiquis. tacte fuerũt breuiter Math. 16. (Et re/
uerſi aplĩ) hic deſcribit̃ reuerſio aplĩoꝝ de ꝑdi
catõe circa qd oñditur benignitas xp̃i ad apo/
ſtolos. primo eos benigne recipiendo ſecundo
eos ad maiora incitando ibi. Et factum eſt cu3
ſolus eſſet. Prima in duas quia primo deſcri/
bitur benignitas chriſti ad apoſtolos. ſecundo
ad populos ibi. qd cu3 cognouiſſent turbe. Cir
ca primum dicitur (reuerſi apoſtoli narraue/
runt ei q̃cunqȝ fecerunt) licet enim non indige
ret tali narratione cum omnia ſciret per ſeip/
ſum ⁊ hoc etiam apoſtolis eſſet notum. tamen
retulerunt ei per modum amicabilis collatio/
nis diſcipulorum cum magiſtro (Et aſſumptiſ
illis receſſit ſeorſum) ut requieſcerent ſegrega
ti a tumultu ꝑploꝝ ⁊ ut ſe recolligerẽt ĩ orõe ſic̃
fuerãt diſꝑſi ĩ ꝑdicatõe (ꝙ cũ cognouiſſẽt turbe)

Hic cōſequēter deſcribit̃ benignitas xp̄i erga
populos. Prio recipiēdo eos curialiter qđ no
tatur cū dr̃ (et excepit illos) 2°. qꝛ pauit eos ſpi
ritualiter iō ſubdit̃ (et loq̄baẗ eis de regno dei
tertio qꝛ curauit lāguidos generaliter cū ſub
dit̃ (⁊ eos q cura idigebant ſanabat) quarto ꝙ
famelicoſ pauit corporaliter: ut pꝫ ī lr̃a ſequen
ti cui⁹ expoſitio pꝫ ex dictis Math. 14. (Et fac
tū ē cū ſolus eēt ⁊c̃) hic cōſequēter oñdit̃ beniuo
lētia xp̄i ad diſcipuloſ īcitādo eos ad meliora:
videlicet ad martyriū qđ ē pcipu⁹ act⁹ caritatī
ſecūdū qđ dic̃ ſaluator Joā. 15. Maiorē dilec
tiōnē nemo hꝫ q̄ꝫ ut aīam ſuā pōat qs ꝓ amiciſ
ſuis. pmo igit̃ īuitat eos ad martyriū uerbo. ſe
cūdo facto ibi. Factū ē aūt dū cōplerēt̃. pma ī
duas. qꝛ pmo īcitat eos uerbo ad martyriū. ſe
cūdo oñdit martyrꝗ pmiū ibi. Dico aūt vobis
Circa pmū pmittit̃ xp̄i duplex interrogatio. ⁊
duplex diſcipulorū rñſio videlicet qd vl̄gares
de xp̄o dicerēt ⁊ quid apl̄i de hoc ſētirēt. ⁊ pꝫ ſē
tētia ex dictis Math. 16. Sciēdū tñ ꝙ interro
gatio xp̄i nō ꝓcedebat ex ignorātia ſꝫ ut ex rñ
ſiōe diſcipulorū q credebāt ipſuꝫ eē ueraciter
xp̄m dei filiū efficaci⁹ īcitaret eos ad martyriū
exēplo eiuſdē aīati. q cū eēt tāte dignitatis vo
luit pro nobis mortē pati iō ſubdit̃ (hoc dicēs
qꝛ oportet filiū hoīs pati ⁊c̃) pꝫ ſētētia ex dictī
Math. 15. excepto qđ ſubdit̃ (Qui me erubue
rit ⁊ ſermōes meos) nō audēs cōfiteri xp̄m et
veritatē euāgelꝗ (hūc filiꝰ hōis erubeſcet non
reputās eū de ſuis. Ratio aūt hui⁹ ē qꝛ non ſo
lū credere ē neceſſariū ad ſalutē. ſed etiā confi
teri ore ſecūdū qđ dr̃ Ro. 10. Corde eniꝫ credit̃
ad iuſticiā. ore āt fit cōfeſſio ad ſalutē. Hec tñ
cōfeſſio ꝑtinet ad ꝓceptū affirmatiuū qđ lꝫ ob
liget ſēper. nō tñ ad ſemꝑ. ſed ꝓ loco ⁊ tēpore
occurrere caſu ī quo ex omiſſiōe confeſſiōis fi
dei ſubtraheret̃ honor debit⁹ deo ut ſi qs īter
rogatuſ de fide taceret qñ ex ſua taciturnitate
crederet̃ ab alꝗs ipſū fidē nō habere. uel ipſaꝫ
fidē falſā eē. uel ob e⁹ taciturnitatē alios auer
ti cōtigeret a fide: ⁊ ſic peccaret mortaliter. ⁊ ꝑ
cōſequēs īter dei filios nō eēt cōputādus (Di
co aūt uobis) Hic cōſequēter oñdit martyrꝗ ꝓ
miū ut magnitudo pmꝗ auferat terrorem ſup
plicꝗ. Et pmo deſcribit illa oñſio. 2°. emulatio
nis diſcipulorū repſſio ibi. Et factū ē ī ſequēti
die. Circa pmū ſciēdū ꝙ ī hoc oñdit pmiū mar
tyrꝗ īq̄ꝫtū oñdit ſe trib⁹ diſcipulis ſuis ī forma
gl̃oſa quādo trāſfigurat⁹ fuit corā eiſ. qꝛ ad cō
ſimilē gloriā reſurgerēt corpora martyꝝ ſꝫ qđ
dicit apl̃s ad Philip. 3. Saluatorē expectam⁹
ieſū xp̄m. q reformauit corp⁹ hūilitatis noſtre
cōfiguratū corpori claritatiſ ſue. ⁊ pꝫ ſñia hui⁹
ꝑtis ex dictis Math. 18. exceptis que ſequūt̃
(Et facta ē dū oraret ſpēs vult⁹ ei⁹ altera) non
ē ītelligēdū ꝙ q̄titas uel figura faciei xp̄i fue
rit mutata ſed a gl̃ia aīe tūc redūdauit ī corp⁹
ipſius claritas q̄ ē ꝓpetas ipſi⁹ corꝑis glorioſi

(et ueſtit⁹ ei⁹ albus ⁊ refulgēs) ut claritatis ve
ſtis correſpōderet claritati corꝑis (Erāt auteꝫ
moyſes ⁊ helias uiſi ī maieſtate). ſ. ipſi⁹ xp̄i qui
tūc apparuit ī claritate glorioſa ut dictū ē (Et
dicebāt exceſſū ei⁹). i. paſſionē ei⁹ futurā quaꝫ
ſuſtinuit ex maxia caritate. que dicit̃ hic exceſ
ſus nō qꝛ exceſſerit modū vtutis. ſed qꝛ excel
lētiſſimū ei⁹ gradū attigebat (petr⁹ vo ⁊ q cū il
lo erāt grauati erāt ſomno) nā ī pñtia maieſta
tis opprimit̃ fragilitas hūana (⁊ nemini dixe
rūt ⁊c̃) ⁊ hoc ex ꝓcepto dñi ut pꝫ Math. 17. ubi
ꝓcepit eis dicēs. Nemini dixeritis viſionē do
nec fili⁹ hoīs a morte reſurgat (Factū ē auteꝫ)
hic cōſequēter reprimit̃ diſcipulorū emulatio
⁊ pmo facto. ſecūdo vbo ibi. Intrauit aūt cogi
tatio. Circa pmū ſciēdū ꝙ eo ꝙ xp̄ſ duxit petrꝫ
iacobū ⁊ ioānē ſeorſū ab alꝗs ad uidēdū glori
am ſue maieſtatis ut ꝓdictū ē. Alꝗ diſcipli qui
nōdū erāt ī bono ꝯfirmati aliqd humanū paſ
ſi moti fuerūt quodā zelo īuidie cōtra tres pre
dictos. ⁊ iō poteſtas eiciēdi demones fuit eis
ſubtracta. ⁊ iō nō potuerūt curare demoniacū
eis oblatū: ut pꝫ ī lr̃a. ut hoc aduertētes reſili
rēt a tali emulatōe. ⁊ iō ī fine dr̃ eis (Ponite ī
cordib⁹ veſtris ſermōes iſtos). ſ. ad imitāduꝫ
(Fili⁹. n. hoīs futurū ē ut tradat̃ ī manus ho
num) ad ſuā humiliationē. ſcđm illđ Phili. 2.
ca. hūiliauit ſemetipſū fact⁹ obediens vſqꝫ ad
mortē ⁊c̃. q. d. nō debetꝭ ꝑ ambitōnē inicē emu
lari. ſꝫ magiſ ī uobiſ hūiliari. cetera q̄ ī hac par
te exponēda ſūt patēt ex dictis Math. 17. (In
trauit aūt cogitatio ⁊c̃) ⁊ nō ſolū cogitatio īte
rior ſed etiā cōtētio exterior. ſecūdū qđ habet̃
Mar. 9. ubi dr̃. ſiquidē inter ſe in via diſputa
uerāt qs eorū maior eēt. qđ reprimit ſaluator
vbo ⁊ exēplo pueri poſiti ī medio. ⁊ pꝫ ſētentia
ex dictis Math. 18. ⁊ Mar. 9. (Reſpōdet aūt
ioānes) hic ex īcidēti reſpōdet ſibi facte q̄ſtiōī
⁊ pꝫ ſētētia ex dictis Mar. 9. (Factū ē aūt) ſu
perius ſaluator excitauit diſcipulos ad marty
riū uerbo. hic hoc idē facit facto. ⁊ diuiditur ī
duas. qꝛ pmo facit qđ dictū ē. ſecūdo remouet
aliqua a ſuis ſequacib⁹ ibi. Factū ē aūt. Circa
primū dicitur (Factū ē aūt dū cōplerentur di
es aſſūptōis eius) ideſt paſſiōis per quam trā
ſiturus erat ⁊ aſſumēdus ad gloriā patriſ ſecū
dū quod habet̃ īfra. 24. Oportuit pati xp̄ꝫ ⁊
ita intrare in gloriam ſuam (et ipſe firmauit fa
cieꝫ ſuam) ideſt firmiter diſpoſuit (ut iret ī hie
ruſalem) conſtanter ⁊ prompte ad ſuſtinenduꝫ
mortem. ut ſuo exemplo diſcipulos animaret.
(Et miſit nuncios ante cōſpectū ſuum) ut ad
uentus ei⁹ non lateret (ut ꝓpararent illi). ſ. ho
ſpitium (et non receperunt illum. qꝛ facies ei⁹
erat euntiſ ī hieruſaleꝫ) ex modo incedēdi ap
parebat ut iter eius eſſet in hieruſalem ad fe
ſtum paſcale in quo ⁊ xp̄s paſſus eſt. ſamarita
nis aūt diſplicebat ꝙ aliqui irent in ſolennita
tibus hieruſalem cauſa orationis qꝛ dicebant

ꝙ locus orōnis erat apud eos ī mōte garizim
ut hr̃ Joā. 4. Itē qꝛ ex ueſtimētis xp̄i ⁊ diſcipu
lorū ei⁹ cognouerūt ſamaritani ꝙ erant iudei
qꝛ iudei erāt diſticti ab alꝗs gētibus ī ueſtibuſ
ut hr̃ numeri. 15. Iudei āt erāt ſamaritanis odio
ſi. eo ꝙ ꝯtēnebāt eos nolētes comedere ⁊ bibe
re cū eis ſecūdū qđ dr̃ Joā. 4. Nō eñi coutūt̃
iudei ſamaritanis (Dñe uis dicim⁹ ut ignis de
celo deſcēdat ⁊ cōſumat illos) ꝑꝑ malitiā ſuaꝫ
ſecūdū ābroſiū hoc bono zelo dixerūt lꝫ īdiſcre
te. ⁊ allegauerūt ſimile de helia ūde ſeqt̃ (ſicut
helias fecit) ut hr̃. 4. Reg. 1. Beda vo dicit ꝙ
hoc dixerūt īpatiētes ſicut adhuc carnales uo
lētes uindicari: ⁊ iō rephēdūt̃ a xp̄o de īdiſcre
tōe ſm ambroſiū. ⁊ de īpatiētia ſꝫ bedā cū ſub
dit̃ (Neſcitis cui⁹ ſpūs eſtis) qꝛ ī nouo teſtamē
to qđ ē lex amoris nō timoris ſicut uet⁹ teſtam
tū ꝓcedēdū ē ſuauiter ⁊ benigne unde ſubdit̃
(Fili⁹ eñi hoīs nō uēit aīas ꝑdere) ſtatī īferen
do penā mortis ſicut nos uultis. ⁊ ī hoc datur
exēplū p̄latis ut nō ſtatī cū īpetu peccā puniāt
ſꝫ magis tp̄s ⁊ locū expectēt (Factū ē āt) Poſt
q̄ꝫ xp̄s īcitauit diſcipulos ad ſequēdū ipſū etiā
uſqꝫ ad martyriū. Hic ꝯſequēter remouet aliq̄
a uolētib⁹ ſeq ipm. pmū ē cupiditas terrenorū
cū dr̃ (vulpes foueas habēt ⁊c̃) Scđm ē carna
litas propīquoꝝ cū dr̃ (Sine ut mortui ſepeli
ant mortuos ſuos) ⁊ pꝫ ſñia iſtoꝝ duorū ex dic
tis Math. 8. Tertiuꝫ ē īutilis dilatio q̄ notat̃
cū dr̃ (Et ait alter ſequar te dñe ſꝫ pmū ꝑmitte
mihi renūciare his q domi ſūt) ſic faciūt q iuti
liter īgreſſū religiōis uel executionē melioris
vite differūt. ⁊ hoc remouet̃ exēplo cōuenīēti
cū ſubdit̃ (Nemo mittēs manū ſuā ad aratrū
⁊ aſpiciēs retro ⁊c̃) arator eñi retro īſpiciēs fac̃
ſulcū tortuoſū aut īutilē. ſic accipiēs melioris
vite ſtatū ⁊ habēs affectū redeūdi ad priſtinū
ſtatū. ⁊ ꝓdicator uerbi diuini retardās opus ꝓ
dicatōis pro amicis carnalibus uel terrēis ne
gocꝗs. īept⁹ ē regno dei adipiſcēdo ⁊ ꝓdicādo.

Poſt hͣ āt dſignauit) Poſtquā C VIIII
deſcripta ē diuulgatio doctrīe xp̄i ꝑ ꝓ
dicationē apoſtolorū. hic ꝯſequēter de
ſcribit̃ eiuſdē publicatio ꝑ ꝓdicationeꝫ. 72. di
ſcipulorū. Circa qđ pmo deſcribit̃ eoꝝ electio
2° ad ꝓdicādum miſſio ibi. Ite ecce ego mitto
vos. tertio eorū reuerſio ibi. Reuerſi ſūt autē.
Circa pmū dr̃ (Poſt hec aūt). i. poſt miſſionem
apoſtolorū ad ꝓdicādū (deſignauit dñs īhus)
. i. ſignāter elegit. vl̄ dr̃ deſignauit qꝛ quos ab
eterno ꝓdeſtinauit ad hoc opus tēporaliter ad hͦ
īſtituit ⁊ applicauit (. 72). ī ſignū ꝙ poſt xp̄i re
ſurrectionē ⁊ aſcēſionē ī celū ꝓdicaturi erāt fi
dē xp̄i gētib⁹ ſeptuagita duaꝝ līguarū (et illoſ
binos miſit tū ꝑꝑ mutuā ꝯſolationē ⁊ ꝑꝑ mu
tuā cōſeruationē ut vnus eēt cuſtos caſtitatiſ
alteri⁹ ⁊ alioꝝ bonoꝝ. tū ꝑꝑ cōfirmatōnē ueri
tatis ꝓdicāde ab ipſiſ. ut ī ore duoꝝ teſtiuꝫ ſta
ret verbū. tū ī ſignū caritatis. q̄ dꝫ eē ī ꝓdica

tore. ſcđm qđ expōit beatus Greg. d. Binos er
go diſcipulos ī predicatōnē mittit ut ꝑ hoc no
bis tacit⁹ innuāt ꝙ q erga alterū caritatē non
habet ꝓdicatōis officiū nullatenus ſuſcipe dꝫ
(ante faciē ſuā) ut aduēt⁹ xp̄i nō lateret (ī oēm
ciuitatē ⁊ locū) qꝛ īdifferēter xp̄s ⁊ apl̄i ꝓdica
bāt ī ciuitatib⁹ ⁊ locis magnis ⁊ ꝑuis (meſſis q
dē multa) qꝛ multitudo gētiū ad ſuſcipiēdū v
bū xp̄i ꝑ predicatōnē apl̄oꝝ erat ꝑata. ut dicit
apoſtolus ad Ro. 11. ⁊ pꝫ ꝑ effectū ī actib⁹ apl̄o
rū (oꝑarꝗ aūt pauci) qꝛ apoſtoli ⁊ diſcipuli xp̄i
erāt pauci reſpectu tāte multitudīs cōuerten
de. et adhuc ē ita ſecūdū qđ expōit Greg. qꝛ lꝫ ī
ecclia ſint multi curati ⁊ eccleſie miniſtri. tam
pauci iueniūt̃ apti ad predicādū rōne uite ſāc
te ⁊ ſane doctrine. Unde dicit Greg. ſuꝑ locuꝫ
iſtū. Ecce mūdus ſacerdotib⁹ plenus ē. ⁊ tñ in
meſſe dei rarus valde iuenit̃ oꝑari⁹. qꝛ officiū
qdē ſacerdotale ſuſcipim⁹: ſꝫ op⁹ officꝗ nō īple
mus (Rogate q̄ dñm meſſis ut mittat oꝑarioſ
in meſſē ſuā) qꝛ nullus fit apt⁹ ad ꝓdicationeꝫ
vbi diuini niſi per grām dī. ⁊ niſi ab eo miſſus
mediate uł īmediate (Ite ecce ego mitto vos)
hͦ ꝯſequēter deſcribit̃ diſcipulorū miſſio ad ꝓ
dicādū. ⁊ pꝫ lr̃a ex dictis Math. 10. c. vbi ea q̄
hic ponūtur poſita ſūt lꝫ nō eodē ordīe. excep
tis que ſequūtur (neminē ꝑ viā ſalutaueritis)
ideſt ſaluū dixeritis ī hac uita ī qua qlibet ē ī
cert⁹ de ſalute futura. niſi ſuꝑ hoc certificatus
fuerit reuelatōe diuina. ſed qꝛ hec exceptio li
cet cōīs ſit: tñ videt̃ ſpūalis ſeu myſtica. Iđ ali
ter pōt expōi magis ad litterā dicēdo. ꝙ ī hoc
oſtēditur quāta diligētia ⁊ feſtinatōe ꝓdicatō
vbi diuini debeat officiū ſibi iniūctū exercere
qꝛ per hoc ītelligit̃ ꝙ nō debeat ad officio ſibi
iniuncto retardari ꝑꝑ familiaritatē cū aliquo
⁊ tali modo loquēdi vſus ē heliſeus mittēs fe
ſtināter famulū ſuū ad ſuſcitationē pueri dfū
cti ut hr̃. 4. Reg. 4. c. Accinge lūbos tuos ⁊c̃. ⁊
ſubdit̃. ſi occurrerit tibi hō ñ ſalutes eū: ⁊ ſi ſa
lutauerit te qſpiā nō reſpōdeas ei. ꝑ hoc eñi in
tēdebat excludere uerba cū alꝗs retardantia
eū ab itinere (edētes ⁊ bibētes q̄ apđ illos ſūt)
nihil īterrogātes ꝑꝑ ꝯſciētiā ſicut ⁊ paulus po
ſtea docuit. 1. cor. 10. (et curate īfirmos) qꝛ ſim
plicib⁹ hoīb⁹ ⁊ illiteratis quales erāt diſcipu
li xp̄i promittētib⁹ regnū dei non crederet̃ niſi
haberent poteſtatem miracula faciendi ad cō
firmationem ſue doctrine (Ueh tibi corozai)
ſñia hui⁹ partis patet ex dictis Math. 11. (qui
voſ audit me audit) hoc addit ſaluator in fine
ad oſtendendum ꝙ doctrina diſcipulorum e⁹
eſt deuote ⁊ reuerenter audienda. ſaltem pro
pter reuerentiam dei cuius principaliter eſt
doctrina hec (Reuerſi ſunt autem) hic conſe
quenter deſcribitur. 72. diſcipulorum reuer
ſio. ⁊ diuiditur ī partē pricipaleꝫ ⁊ īcidētalem
q̄ īcipit ibi. Et ecce qdam legiſꝑit⁹. Circa pmā
ꝑtē oñditur benignitas xp̄i erga diſcipulos re

aerios in duob⁹ videlicet eos benigne corripiẽ
do. ſecũdo de illoꝝ illũinatõe deo patri grati
as agẽdo ibi. In ipſa hora. Circa pͥmũ dr̃ (Re
uerſi ſũt aũt. 7z.) miniſterio ſue legatõis cõple
to cũ gaudio. tum de ſua pͥdicatõe per quã po
pulũ edificauerãt. tũ de miraculoꝝ opatõe. qꝛ
demões eiecerãt. unde ſubdit̃ (dñe etiã demo
nia ſubyciũt̃ nobis) verũtñ qꝛ ex hoc nimiſ glo
riabãtur tã𝔮̃ adhuc ĩfirmi ꝛ ĩperfecti. ideo ħ
gloria reprimit̃ cũ ſubdit̃ (ꝛ ait illis uidebã ſa
thanã ſicͨ fulgur de celo cadẽtẽ) fulgur eniꝫ ca
dit celeriter manifeſte. ꝛ cũ fetore ꝛ iſlãmatiõe
ſic demones de celo empyreo ceciderũt i iſtã/
ti ꝛ uidẽtibus ſãctis angelis ꝛ cũ fetore pecca/
ti pͥoꝛij. ꝛ ad iſlãmãdũ hoĩes p̱ tentationẽ pati
ꝛ cã hui⁹ ruine fuit elatio ſiue ſuperbia de ſua
excellentia. q̃ſi. d. ſaluator diſcipul' cauere dili
gẽter debetis. ne ex elatõe de p̃tãte uobis con
ceſſa ſuper demões nimis eleuemĩ ꝛ ſic corrua
tis (ecce dedi uobis p̃tãtẽ calcãdi ſup̱ ſerpẽtes
ꝛ ſcorpiões ꝛc̃) ꝛ ſic ĩ aduẽtu xp̃i uidet̃ ĩpletũ il
lud Eſa. ii. qͦ dicit̃ de ſerpẽtibus. nõ nocebũt
ꝛ ñ occidẽt ĩ vniuerſo mõte ſãcto meo, qꝛ reple
ta ẽ terra ſciẽtia dñi. uidelicet p̱ p̃dicatõnẽ xp̃i
ꝛ diſcipuloꝝ eius (uerũtñ ĩ hoc nolite gaude/
re) qꝛ ſigna facere aliquãdo cõceſſũ ẽ etiã mal'
hoĩbus ut habet̃ Math. 7. nõ pp̱ ipſos ſed ad
cõfirmationẽ fidei xp̃i p̃dicate p̱ ipſos (gaude/
te aũt qꝛ noĩa ueſtra ſcripta ſũt ĩ celis). i. ĩ lib⁹
uite ĩ quo aliquoꝝ noĩa dicũt̃ ſcribi dupliciter
Uno mõ ſecũdũ p̃ſẽtẽ iuſticiã. alio mõ ſecũdũ
eternã p̃deſtinationẽ. ꝛ utroqꝫ mõ noĩa eorum
erãt ſcripta ĩ celis. qꝛ erant p̃deſtinati: excepto
iuda proditore ꝛ cũ hoc habebãt grãꝫ dei. qꝛ il
la gloriatio quã habuerũt de eiectõe demonũ
ut predictũ ẽ nõ fuit mortale peccatũ. ꝛ pꝫ ſẽtẽ
tia ex dictis Math. ii. uſqꝫ ibi (Beati oculi ꝛc̃)
ꝛ pꝫ ſñia huius p̱tis ex dictis Math. iꝫ. (Ecce
q̱dã legiſp̱itus) hec ẽ p̱ſicidẽtialis ĩ qua ponit̃
duplex ĩcidẽſ. Primũ ẽ xp̃i reſpõſio ad legiſdo
ctorẽ. Secũdũ ẽ excuſatio marie erga ſororeꝫ
ibi. Factũ ẽ ãt. Prime p̱tis ſẽtẽtia pꝫ ex dictis
Math. zz. ꝛ Mar. iz. uſqꝫ ibi (Ille aũt uolens
iuſtificare ſeip̃m) qͦ exponit̃ dupliciter. Uno
mõ ꝙ uellet ſe iuſtificare ſcd̃ꝫ apparẽtiã. Alio
mõ ſecũdũ ueritatẽ querẽs a xp̃o ĩtellectũ pre
cepti huius. ut op̱e adĩpleret. ꝛ cã hui⁹ duplici
expoſitõis ẽ. qꝛ ſicut dictũ fuit Math. zz. iſte
uidet̃ p̃ ueniſſe ad xp̃m mala ĩtẽtõe. ꝛ ſecũduꝫ
hoc p̱cedit p̃ma expoſitio. ſed poſtea xp̃i uerbiſ
cõpũctus fuit. ꝛ iõ dixit ei xp̃s. nõ lõge es a re
gno dei Mar. iz. ꝛ ſecundũ hoc p̱cedit ſecũda
expoſitio. qꝛ nõ apparet clare ex textu utruꝫ q̃
ſtionẽ de proximo fecerit ante cõpũctioneꝫ uel
poſt (Homo q̱dã deſcẽdebat de hieruſalẽ ĩ hie
richo) ſcd̃m aliquos hoc ẽ p̱abola. ſcd̃m alios ẽ
res geſta. qꝛ inter hieruſalẽ ꝛ hiericho erat que
dã ſolitudo ubi freq̃uẽter hoĩes trãſeũtes ſpo
liabãtur a latronib⁹ ꝛ occidebãt̃ ĩ qua ſolitudĩ

ne captus fuit ſedechias fugiẽs ab exercitu na
buchodonoſor ut habetur Hiere. ult. Morali
ter tñ exponitur de peccatore deſcẽdẽte de ſta
tu iuſticie in peccatũ mortale. qui ſpoliat̃ a de
monibus bonis g̃re ꝛ uulneratur in bõis natu
ture. ꝛ relĩquitur ſemiuiuus. qꝛ tollit̃ ab eo uite
g̃re remanẽte uita nature. cui xp̃s appropin
quãs in ſua benedicta ĩcarnatõe. alligauit uul
nera eius. ĩfũdẽs oleũ miſericordie. cũ uino iu
ſticie. et duxit in ſtabulũ. i. ĩ domũ eccleſie ubi
ſimplices reficiũt̃ (Et altera die) ideſt poſt re
ſurrectionẽ ſuam (dedit ſtabulario). i. cuilibet
ap̃lo (duos denarios) ideſt intelligentiã noui
ꝛ ueteris teſtamenti qꝛ aperuit illis ſẽſũ ut in
telligerent ſcripturas ut habetur ĩfra. z4. ca.
et eis curam peccantiũ cõmẽdauit p̱mittẽs p̱
ſalario uitã eternã (Uade ꝛ fac tu ſimilr̃) ex re
ſponſione concludẽs ꝙ propĩquitas generis ñ
facit proximũ ſed opus miſericordie impenſuꝫ
(Factum ẽ aũt) hic ponitur ſecundũ incidens.
qͦ eſt excuſatio marie erga ſororem ſuam ubi
premittit̃ locus cũ dicitur (et ip̃e intrauit ĩ qͦ
dam caſtellũ). ſ. bethaniam (ꝛ mulier quedam
noĩe martha excepit illum in domũ ſuaꝫ) ad il
lam enim domũ xp̃s frequenter diuertebat. et
ſecure. tum p̱pter deuotionem ibi habitantiũ.
tum qꝛ plura beneficia eis contulerat qꝛ ipſaꝫ
marthaꝫ a profluuio ſanguinis ſanauerat ſecũ
dum Ambro. ꝛ mariam a ſeptem d̃monijs libe
rauerat ſecundum illos doctores qui dicunt il
lam fuiſſe ſororem lazari ſicͨ ſ̃ dictum eſt. 7. ca.
(Que etiam ſedens ſecus pedes dñi audi. vbũ
illius) ĩtẽta op̱ib⁹ uite cõtẽplatiue (martha ãt
ſatagebat circa frequẽs miſteriũ) occupata in
op̱ib⁹ uite actiue (Que ſtetit) qꝛ feſſa labore mi
niſterij diſcurrẽdo p̱ domũ ut xp̃s ꝛ e⁹ diſcipuli
eẽnt ꝯuenieter recepti ꝛ refecti (et ait dñe nõ ẽ
tibi cure ꝛc̃) cõq̃rẽs d̃ ocioſitate ſororis ſue. ꝛ d̃
xp̃i negligẽtia ħ p̱mittẽtiſ (et reſpõdẽs dixit il
li dñs) excuſãdo mariã. Inuẽit̃ ãt maria accu
ſata tripliciter. ſ. a phariſeo d̃ p̃ſũptõe ſeu teme
ritate. eo ꝙ xp̃ꝫ tetigit recũbẽtẽ ut dictũ ẽ ſ̃. 7.
ca. ꝛ ſm̃ illos q̱ dicũt illã fuiſſe ſororẽ lazari et
marthe. Itẽ a iuda d̃ p̱digalitate: eo ꝙ p̃cioſuꝫ
unguẽtũ effudit ꝛ pedes ih̃u unxit. ut h̃r Ioã.
iz. tertio a ſorõe d̃ ocioſitate ut ħ h̃r ꝛ ubiqꝫ ma
ria tacuit ꝛ xp̃s eã excuſauit oñdẽſ phariſeo ꝙ
factũ marie nõ erat p̃ſũptõis ſꝫ d̃uotõis. Iteꝫ
oñdẽs iude ꝛ alijs diſcipul' ꝙ illa effuſio unguẽ
ti ñ erat p̱digalitatĩ ſꝫ pietatĩ. Itẽ oñdit ſorori
ꝙ ſeſſio marie ñ erat ocioſa ſꝫ meliorib⁹ actib⁹
applicata. iõ ſubdit̃ (martha martha ſollicita
eſ ꝛ turba. erga pluria) qꝛ op̱a actĩa uite ſollici
tudinẽ ꝛ diſtractõꝫ mẽti ĩducũt ꝛ frequẽter p̱
turbatõꝫ ĩgerũt (Porro unũ ẽ neceſſariũ). ſ. ipſe
d̃s q̱ un⁹ ẽ ꝛ p̃ oĩb⁹ q̃rẽd⁹ ẽ (unũ). i. unitas mẽ
tis ad deũ. ꝛ iſtud reſpicit uitã ꝯtẽplatiuã per
quam mens adheret deo. q̱ ẽ ſimpliciter unus
ſecunduꝫ ꝙ dicit apoſtolus. i. cor. 6. Qui adhe



ret deo unus eſt ſpũs. ſicͨ e cõuerſo p̱ uitã acti
uam ĩtẽdẽdo creaturis q̃ multe ſũt aĩa diuidi
tur (maria optimã p̱tẽ elegit). q. d. nõ tu malã
ſꝫ illa meliorẽ. diſtĩguit̃ enĩ duplex actio a doc
torib⁹. Una q̃ ꝯſiſtit ĩ exercitio v̓tutũ moraliũ
ꝛ iſta diſponit ad cõtẽplationẽ ſecũdũ ꝙ dicit
beat⁹ Greg. 6. mora. Qui cõtẽplatõis arcẽ tene
re deſiderãt. neceſſe ẽ ut p̃m⁹ ĩ cãpo actõis ſe p̱
bẽt. Cui⁹ rõ ẽ. qꝛ ſm̃ ph̃um. 7. phi. ſedendo ꝛ q̱
eſcẽdo fit aĩa ſciẽs ꝛ prudẽs. Sedatis. n. paſſio
nib⁹ ꝛ tumultibus paſſionũ p̱ exercitiũ v̓tutũ
moraliũ. diſponit̃ aĩa ut libere poſſit leuari in
cõtẽplatõe ueritatis. Ex q̃ pꝫ ꝙ talis act⁹ ordi
natur ad cõtẽplationẽ ſicut ad finẽ. finis autẽ
melior ẽ his q̃ ſũt ad finẽ. ꝛ iõ de tali actõe con
cedũt oẽſ ꝙ cõtẽplatio ẽ melior. Alia ãt ẽ actõ
q̃ ſeq̱t̃ ꝯtẽplatõnẽ p̱cedẽſ ex plenitudĩe ꝯtẽpla
tionis. ſicut ẽ docere ĩ regimĩe aĩaꝝ laborare ꝛ
h⁹modi. de tali actõe dicũt aliq̱ ꝙ ẽ melior ĩpa
ꝯtẽplatõe. ꝛ de iſta actõe nõ loq̱t̃ hic xp̃ſ. ut pꝫ
ĩtuẽti. alij v̓o dicũt ꝙ etiã iſta actõe ꝯtẽplatio
melior ẽ. qꝛ illud qͦ ſimpliciter p̃eligit̃ uidet̃
eẽ melius abſolute. 𝔮̃ illud ꝙ p̃elgit̃ tantũ ĩ ca
ſu. ſicͨ philoſophari meli⁹ ẽ ſimpliciter 𝔮̃ dita/
ri: licet ditari ſit magis eligibile in caſu magne
paup̱tatis. cõtẽplatio ãt ẽ p̱ ſe eligẽda. cura ãt
ꝛ regimẽ aĩarũ ad qͦ ſpectat p̱plꝫ docere ꝛ diri
gere ĩ ſalutẽ ẽ eligẽda uel poti⁹ ſuſcipiẽda ĩ cãu
neceſſitatis fraterne. uñ dic̃ Aug. i9. de ciuita.
dei. Ociũ ſãctũ q̃rit caritaſ. negociũ iuſtũ ſuſci
pit neceſſitas caritatis quã ſarcinã ſi nullus ĩ
põit ĩtuẽte v̓itati uacãdũ ẽ. ſi aũt ĩponit̃ ſuſci/
piẽda ẽ pp̱ caritatis neceſſitatẽ (q̃ nõ aufertur
ab ea) Op̱a. n. uite actiue nõ h̃nt locũ niſi ĩ p̃ñ/
ti uita. ꝛ iõ aduenĩẽte futura auferũt̃. ſꝫ contẽ
platio p̃me v̓itatĩ nõ tollit̃. niſi quãtũ ad illud
qͦ ẽ ibi ĩperfectõis: qꝛ uidem⁹ nũc p̱ ſpeculũ ĩ
enigmate tunc autẽ facie ad faciem ſm̃ quod
habetur. i. Cor. iꝫ.

CXI

(Et factũ ẽ) Poſt𝔮̃ xp̃s diſcip̱l'oſ miſit p̃
dicare. hic ꝯſequẽter docet eos orare.
Et p̃ ĩducit eos ad orõnis ĩſtãtiã. z⁹ ad
fidei ꝯſtãtiã. c. iz. ꝛ tertio ĩducit populoſ ad pe
nitẽtiã. c. iꝫ. Circa p̃mũ ſciẽdũ. ꝙ ad orationeꝫ
debitã duo req̱rũt̃. ſ. affectio pura ꝛ ĩtẽtio rec/
ta. p̃ igit̃ ĩducit ad p̃mũ z⁹ ad ſecũdũ ibi. Nẽo
lucernã accendit. Circa p̃mũ p̱mittit̃ ĩſtructio
diſcipuloꝝ. z⁹ cõfutatio emlõꝝ ibi. Et erat eij/
ciẽſ demoniũ. Adhuc circa p̃mũ p̃ docet modũ
orãdi. ſecũdo orationẽ cõtinuãdi ibi. Et ait ad
illos. Circa p̃mũ p̱mittit̃ xp̃i orõ. q̱ cepit face/
re ꝛ docere ut dr̃ Act. i. ꝛ iõ orõnẽ p̱mittit cũ dr̃
(cũ eẽt ĩ loco q̱dã orãs) Sciendũ tñ ꝙ xp̃s nõ
orauit ĩq̱tũ d̃s. qꝛ ſic nõ cõpetit ei orare. Orõ
eni ẽ explicatio p̱p̃e uolũtatis apud deũ ut eã
ĩpleat. Uolũtas aũt diuĩa p̱ ſeipſaꝫ ẽ effectiua
coꝝ q̃ uult ſꝫ illͦ pſal. Oĩa q̃cũqꝫ uoluit dñs
fecit. Sꝫ qꝛ xp̃s ĩquãtũ hõ habuit uolũtatem
humanã. q̃ nõ ẽ p̱ ſeipſã efficax ad ĩplẽda ea q̃

uult niſi p̱ v̓tutẽ diuinã. iõ xp̃o ſecundũ qͦ hõ
cõpetebat orare. Orauit igit̃ ut pro nobis ĩpe/
traret ꝛ ut exẽplũ nobis orãdi daret orauit eti
am pro ſeipſo ad obtinẽdũ qͦ ſibi deerat. ſ. glo
riã corp̱is Ioã. i7. Clarifica me pater. Cõſequẽ
ter docet diſcip̱l'os orare cũ dr̃ (Cũ oratis dici
te pater nr̃) pꝫ ſñia ex dictis Math. 6. Sciẽdũ
ꝙ lucas hic omittit duas petitões orõnis dñi/
ce. ſ. tertiã ꝛ ſeptimã. qꝛ tertia ĩplicite cõtinet̃ ĩ
duab⁹ p̃cedẽtib⁹. Si. n. gloriã dei p̱ĩcipaliter
q̃rim⁹ ꝛ p̱ticipatõeꝫ r̃gni ei⁹ q̃ ꝯtinet̃ ĩ duab⁹ p̃
mis petitõib⁹ bene uolũtatẽ ei⁹ facimus ꝛ ei⁹
uolũtas ĩplet̃ ĩ nobis qͦ cõtinet̃ ĩ tertia petitõ
ne q̃ ẽ. fiat uolũtaſ tua ꝛc̃. ſimilr̃ ſeptima q̃ ẽ ſed
libera nos a malo. ꝯtinet̃ ĩ ſexta. Si eni ĩ tenta
tionẽ nõ ĩducamur ei ſuccũbẽdo. ſed magis p̃/
ualemus reſiſtẽdo bene liberamur a malo (Et
ait ad illos) Hic ꝯſequẽter ĩducit ad oratõnis
ꝯtinuationẽ. Prio p̱ exẽplũ eius q̱ nõ ſoluꝫ ab
amico ĩpetrat illud qͦ ẽ ſibi neceſſariũ pp̱ ami
citiã ſed etiã pp̱ petendi cõtinuationẽ. Mora/
liter aũt iſte amicus ĩtelligitur ipſe d̃s a quo p̱
uenit nobiſ omne bonũ: tñ aliquãdo differt da
re illud qͦ dare intendit. ut qͦ ẽ nobis neceſſa
rium ĩpetremus a deo p̱ orõnis inſtãtiã. ꝛ tale
eſt qͦ pertinet ad ſalutẽ. qñ enim iſta tria con/
currunt uidelicet ꝙ aliquis petit pie. i. de per/
tinẽtibus ad ſalutẽ. ꝛ pro ſe. et p̱ſeueranter ſeu
continue ſẽper ĩpetrat̃ qͦ petit̃ ab eo. nõ tñ ſẽ/
per ſtatim datur. ſed aliquãdo differtur ut cõ/
gruo tp̃e detur. ſi aũt aliq̱s petat de ĩpertinẽti
bus ad ſalutẽ. non ſẽper exauditur. qꝛ frequẽ/
ter ſibi nõ expedit exaudiri. ſimiliter ſi petat d̃
pertinẽtibus ad ſalutem pro alio. aliq̃ñ non ex
auditur. pp̱ defectũ illius pro q̃ petit. Itẽ ſi pe
tat pie ꝛ pro ſe nõ tñ p̱ſeueranter ĩpeditur effec
tus pp̱ defectũ orõnis. iõ ſubdit̃ (petite) perſe
ueranter (et dabit̃ uobis) tribus p̃dictis cõcur
rẽtibus. et pꝫ ſententia ex dictis Math. 7. (Et
erat eijciens) poſita inſtructione diſcipuloruꝫ
de ſancta affectione in orando. hic conſequen/
ter deſcribitur confutatio emulorum d̃ praua
affectione facta chriſti peruerſe deprauando.
et primo deſcribitur eorum emulatio. ſecundo
eorum confutatio ibi. Ipſe autem ut uidit. Cir
ca primum ſciendum ꝙ aliqui malignãtes mi
raculis chriſti d̃trahebãt dupliciter. Uno mõ
attribuendo uirtuti demonis. et hic moduſ di
ctus eſt Math. iz. Alio modo miracula chriſti
reputãdo praua. eo ꝙ erant circa inferiora ut
communiter ut p̱ote circa ſanitates corporum
ꝛ huiuſmodi. ꝛ ideo querebant ab eo ſigna fie/
ri circa corpora celeſtia. ſicut tempore ioſue
ſol ſtetit immobilis ad ſpacium unius diei. ut
habetur Ioſue. io. et tempore ezechie retroceſ/
ſit ſol decem gradibus. ut habetur Eſaie. 38.
ꝛ hoc notatur cum dicitur (Et alij tentantes
ꝛc̃. Ipſe autem ut uidit) hic conſequenter de/
ſcribitur confutatio malignantium predicto/

rum. ⁊ primo illoꝝ qui opera chriſti dn̄oi at
tribuebāt. ſcḋo illorū q ſignū de celo q̄rebāt
ibi. Turbis aūt cōcurrētib⁹. Pria ī duas. qꝛ p̄
cōfutātur uerbo xp̄i eoꝝ malitiā arguētis. z⁹
v̄bo mulieris deuote uirtutē xp̄i cōfitētis ibi.
Factū ē aūt. Siīla aūt prime ptis pꝫ ex dictis
Math. iz. c. (Factū ē aūt) Hic ponit̄ cōfutatō
p̄dictorū uerbo mulieris virtutē xp̄i cōfitētis
cū dr̄ (Factū ē aūt cū hec diceret). ſ. xp̄s reſpō
dēs blaſphemys iudeoꝝ (extollēs vocē). i. ex
corde ⁊ cōſtāter alte p̄ferēs laudē xp̄i ꝯ vitupe
riū iudeorū (q̄dā mulier) iſta a ſcīs ⁊ doctorib⁹
dr̄ fuiſſe ſācta marcella famula beate marthe
ſororis lazari (Beatus vēter q te portauit) ma
trē beatificat ⁊ laudat ex filio. ⁊ nō econuerſo.
qꝛ ab ipſo prouenit grā ⁊ glīa principaliter rōe
deitatis ⁊ iſtrumētaliter rōne humanitatiſ. qꝛ
humanitas xp̄i ē organū cōiūctū ipſi⁹ deitatis
(At ille dixit) cōmēdādo fidē ⁊ cōſtātiā mulie
ris ⁊ alioꝝ filiū (Quinimo. beati q audiūt ⁊c̄)
iſtud qnimo nō dicit̄ aduerſatiue ſꝫ cōcomita
tiue. q. d. nō ſolū illa q̄ me portauit beata ē: ſed
etiā q audiūt (verbū dei) corde credētes ⁊ ope
re adiplētes. Unde dicit beat⁹ Aug. libro ꝺ vir
ginitate. ꝙ beata Maria felici⁹ cōcepit deum
mente p fidē q̄ꝫ corpore p carnis aſſūptionem
(Turbis aūt) Hic cōſequēter ponit̄ cōfutatio
illoꝝ q ſigna de celo querebāt ⁊ pꝫ ſiīlia ex dictī
ꝛ nō per alienas domos vagantes (benignas)
erga oēs (ſubditaſ viris ſuis) vt nō nobilitate
vel diuitijſ elate nolint eiſ obedire (vt nō blaſ
phemet̄ verbū).i.doctrina euāgelica ꝛ refert̄
hoc ad oīa ꝑdicta ꝛ ēt ſequētia. tunc.n.habita
bāt xp̄iani iter ĩfideles.ꝛ iō ſi fuiſſent incōpo-
ſiti morib⁹ infideles fidē catholicā deriderēt
(Juuenes ſilr̄ exhortare vt ſobrij ſiat) qꝛ iuuē
tus ĩpellit ad ſequendū ĩpetus paſſionū maxi
me ꝯcupīe carnal̄. ꝓpter qd̄ retinenda ē in fre
no ſobrietat̄.ꝛ qm̄ turpe ē doctori cū culpa re
darguit ĩpꝫ:ꝛ in moralib⁹ mag̃ mouent q̄ ver
ba facta.iō ꝯn̄r informat titū.d.(in oīb⁹ teipꝫ
ꝑbe exemplū bonoꝝ opeꝝ) informando ſubdi
tos fcis (in doctrina) informando eos v̄bis ſa
cris (in integritate).i.puritate mētis ꝛ corpis
(in grauitate) geſtus exterioris (verbū ſanuꝫ
ĩrrep̄henſibile) ſupple ſit (vt is q aduerſuſ eſt)
.i.aduerſari⁹ fidei (vereat̄).i.ꝯfuſus ad ſeipꝫ
reuertat̄) nhil habenſ malū dicere de nobis)
ꝛ ſic tādē ad fidē ꝯuertat̄ (Seruos) Hec ē ter-
tia ps in qua titū inſtruit de his q ſunt in cōdi
tione ſeruili.ꝛ ꝑ ponit̄ inſtructio. z° inſtructio
nis rō.ibi.appuit.n.Circa ꝑmū dicit apoſtol⁹
(Seruos) ſupple doce (dn̄is ſuis ſubditos eē)
eis debitā reuerētiā ꝛ obſequiū exhibendo.et
hoc ſiue ſint boni ſiue mali: fideleſ aut ĩfideleſ
(in oīb⁹ placentes) nō ꝯdicentes.ꝛ hoc intelli-
gēdū ē de licit̄ tn̄ ꝛ honeſtis (nō fraudantes)
dn̄os in reb⁹ vl̄ obſequijs debitis (ſꝫ in oībus
fidē).i.fidelitatē (bonā oſtdētes) v̄bis ꝛ factiſ
(ꝛ doctrinā ſaluatoris nr̄i ornent in oībus) et
hoc ſuis bonis morib⁹.hoc.n.faciendo ſanct⁹
paulin⁹ ſeruiens regi ĩfideli ſic fidē ſuā mori-
bus ornauit qꝛ liberationem ſui a ſeruitute ꝛ
oīum ciuium ſuoꝝ meruit apud regē infidelē
(apparuit) Hic ponit̄ dicte inſtructiōis rō.q̄
accipit̄ ex ſaluatoris exēplo.q dedit ſemetipꝫ
ꝓ nobis.ꝛ ſubiec̄ ſe ſeruituti vt nos redimeret
a ſeruitute diaboli.ꝓpter qd̄ nō dꝫ eē duꝝ ſer
uis fidelibuſ dn̄is ſuis ĩfidelib⁹ ſubijci.ꝓpter
qd̄ dicit (Apparuit.n.gr̄a dei ꝛ ſaluatoris nr̄i)
in carne ꝓ nobis aſſumpta (erudiens noſ) ver
bis ꝛ exemplis (vt abnegātes impietatem).i.
idolatriā ſic̄ p oppoſitū pietas dicit̄ cultus di
uinus (ꝛ ſecularia deſideria) q̄ tēdūt ad diuiti
as honores ꝛ delitias (ſobrie) ĩ nobis (et iuſte)
ad ꝓximuꝫ (ꝛ pie) ad d̄ū (uiuam⁹ ĩ h̄ ſeclo) fra
gili ꝛ trāſitorio.ideo ſubdit̄ (expectātes beatā
ſpeꝫ).i.gloriā eternā a nobis ſperatam (ꝛ ad-
uentuꝫ glorie dei magni ꝛc̄) nā in primo aduē-
tu venit ĩ humilitate ꝛ ſubiectiōe.in.z°.veniet
ĩ gloria ꝛ poteſtate.ꝛ ſubdit̄ de ꝑ aduētu (q de-
dit ſemetipſū ꝓ nobis) in hūilitate factus obe
diens vſq̄ ad mortē crucis (ut nos redimeret
ab omni iniquitate) ſcilicet originali ꝛ actuali
(ꝛ mundaret) per ſacramētū baptiſmi quo de
letur originale peccatū ꝛ actuale (ſibi populū
acceptabilē) per gratiā baptiſmalē (ſectatorē
bonorū operū) ita qꝛ gratia baptiſmalis non
detur in vacuū.ſed ad bene operandū (hec lo
quere ignorantes docendo (ꝛ exhortare) iā ſciē
tes ad melius inducēndo (ꝛ argue) delinquen
tes (cū omni ĩperio).i.auctoritate pontificali
(nemo te contēnat) Prelatus eniꝫ nimis mol-
lis contēptibilis reddit̄ ſuis ſubditis.¶ III

A Dmone) Poſtq̄ apoſtolus tituꝫ inſtru
xit de ĩformatiōe populi ſecundū gra
dus ſpecialeſ: hic conſequenter inſtru
it euꝫ de ĩformatione generaliter quo ad om-
nes.ꝛ ꝑ qualiter ſe debeant habere erga prin-
cipes.z°.erga hereticos homines.ibi.hereticū
Prima ĩ.z.qꝛ ꝑ ponit̄ inſtructō.z°.inſtructōis
ratio ibi .Eramus enim Circa primum dicit.
(Admone illos).i.ſubditos tuos generaliter
(principibus ꝛ poteſtatibus) ſecularibus (ſub
ditos eſſe) tales eniꝫ poteſtates procedunt ex
dei ordinatione qui ſecundum voluntatem
ſuam traſſert regna.atq̄ conſtituit.Dani.z.
ꝛ iō qui tali ptāti reſiſtit ordiationi dei reſiſtit
Ro.iz.(dicto).ſ.ptātis (obedire) in licit̄.ideo
ſubdit̄ (ad oē opus bonū paratoſ eē) in hoc.n.
non ſolū obedit̄ hoī:ſꝫ deo:cui⁹ miniſter ē in-
dex ſiue ptās.vt dr̄ Ro.iz.(neminēꝫ blaſphe
mare) ēt iniuriantē.ſꝫ patienter tollerare.aut
rōnabiliter obuiare.iō ſubdit̄ (non litigioſos
eſſe:ſed modeſtos) menſurā debite rōis ſeruā
do.nā aliqn̄ expedit de iniuriantib⁹ iuſticiā q̄
rere.vtpote qn̄ ex tollerātia nutrit̄ in iniuriā-
tib⁹ audacia malefaciendi (oēꝫ oſtēdētes mā
ſuetudinē) ſcdꝫ rōnis dictamē. aliter nō eſſet
māſuetudo.ſꝫ magis puſillanimitas (ad oēs
hoīes) tam fideles q̄ ĩfideles (Eramus) Hic
ꝯn̄r ponit̄ dicte inſtructōis rō.ꝛ eſt duplex.ꝑ
ma accipit̄ ex pte ſtat⁹ ꝯuerſoꝝ ad fideꝫ catho
licā an̄ ꝯuerſiōem in q̄ ſtatu erant mali ꝛ defe
ctuoſi.ꝛ iō debent defectuoſis hoībus ꝛ ĩfide
lib⁹ ꝯdeſcendere p māſuetudinē q̄tū pōt fieri
bono mō ſecūdū rōis dictamē.iō dic̄ (Eram⁹
enĩ aliqn̄ ꝛ nos inſipientes).i.ſine ſapīa vera:
q̄ eſt xp̄s q̄uis tūc aliq eēnt philoſophi mūda
na ꝑditi ſapīa (increduli) ĩ hīs q̄ ſunt ſupra rō-
nē:cuiuſmodi ſunt ea q̄ ſunt fidei (errātes) in
morib⁹ (ſeruientes deſiderijs ꝛc̄).i.paſſionuꝫ
ſectatores (in malicia ꝛ inuidia agentes) q̄tum
ad illos qui peccabāt ex certa malicia.ꝛ qꝛ h̄ ē
valde deteſtabile.iō ſubdit̄ (odibiles).ſ.deo
odientes inuicē) qꝛ mali hoīes nō hn̄t amiciti
as ad alioſ nec etiā ad ſeipōs.vt declarat phi.
8.Ethi.(cū aūt) Hic ponit̄ ſcd̄a rō dicte inſtru
ctōis.ꝛ z°.ex dict̄ infert̄ quedā ꝯcluſio.ibi.fi-
delis.Ratio v̄o accipit̄ ex credentiuꝫ ſtatu p⁹
ſuā ꝯuerſiōem ad quē vocati ſūt:vt ſint here
des vite eterne.ꝛ h̄ ex mera dei gr̄a ꝛ benigni-
tate.ꝓpter qd̄ benigni alijs ēt ĩfidelib⁹ debēt
eē:maxīe ꝑncipib⁹ q̄tuꝫ pōt fieri ſecūdū deū:
ꝛ hoc ē qd̄ dicit (Cum aūt benignitas ꝛ hūani-
tas apparuit ꝛc̄) humāitas ĩ ei⁹ natiuitate.be
nignitas aūt in ſua ꝯuerſatōe (nō ex opib⁹ iu-
ſticie:q̄ fecimus nos) cū eſſem⁹ peccatores (ſꝫ
ſcdm̄ ſuā miām ſaluos nos fecit) ſalus.n.eter-
na excedit totalr̄ facultatē nature humāe.pp
qd̄ nō pōt eā attingere niſi in largitate diuine
mīe (per lauacꝝ regeneratōis).i.baptiſmi qui
ē ſpūalis generatio.Jo.3.Niſi quis renat⁹ fue
rit ex aqua ꝛ ſpū nō pōt introire in regnū dei.
(ꝛ renouatōis ſpūs ſcī) ſpūs.n.ſcūs in baptiſ-
mo datus terminat vitaꝫ veterē que fuit ſub
peccato ꝛ incboat nouā q̄ eſt in gr̄a (queꝫ effu-
dit in noſ abūde) ad deletionē oīum pccōꝝ ꝛ
copiā v̄tutū (p ih̄m xp̄m) ex cui⁹ paſſione hꝫ ef
ficaciā baptiſmi ſacr̄m (vt iuſtificati gr̄a ipi⁹)
q fac̄ nos dei filioſ adoptiuos.ꝛ p ꝯn̄s (heredes
ſimus ſm̄ ſpem vite eterne) in pn̄ti.ꝛ in futu-
ro erim⁹ ſcdm̄ rem (fidelis) Hic ex dict̄ infert̄
ꝯcluſio.ſ.qꝛ titus ď hac ſpe vite eterne ĩformet
ſuos ſubditos.ꝛ deuitet doctrinā inutilē ꝛ cu
rioſam.dic̄ igit̄ (fidelis ſermo ē).ſ.qꝛ ſim⁹ he-
redes ſcdm̄ ſpem vite eterne.ꝛ de his volo te
ꝯfirmare (ſubditos) tuoſ.ē.n.ſpes iſta ancho
ra aīe tenens eā ĩmobilē in bono:ſic̄ anchora
materialſ nauē in mari.ſꝫ in hoc ē dria.qꝛ anco
ra materialis figit̄ deorſuꝫ in maris fundo.h̄
āt figit̄ ſurſū in celo.iō dr̄ hebr.6.Fortiſſimuꝫ
ſolatiū hēam⁹ q ꝯfugim⁹ ad tenēdā ꝓpoſitaꝫ
ſpeꝫ:quā ſic̄ anchorā hēmus aīe tutā ac firmā
ꝛ incedētē vſq̄ ad īteriora velaminis.i.ad ſecre
ta celeſtia:q̄ ſūt nobis velata (vt current hōis
opib⁹ ꝑeſſe).i.vt ſint de ꝑmis ĩ opib⁹ hōis (h̄)
.ſ.documēta (ſunt bona ꝛc̄.ſtultas aūt qōnes)
.i.irratōabiles (ꝛ genealogias).ſ.falſas.p q̄s
pſeudo apl̄i nitebant̄ oſtdere ih̄m nazarenuꝫ
de dauid nō deſcendiſſe:ſic̄ dictū ē ſupra.ꝑma
ad Thi.i.(ꝛ ꝯtentōes) v̄boſas (ꝛ pugnas leg̃)
ĩutiles p q̄s aliq nitebant̄ falſū itellectū ꝓdu
cere.iō ſubdit̄ (ſūt.n.ſutiles).i.ſine fructu (et
vane).i.falſe (Hereticū) Hic oſtēdit̄ q̄liter ti-
tus ꝛ ſui ſubditi ſe debeant hr̄e erga hereticos
d.(hereticū hoīeꝫ) q recepit fidem catholicā ꝛ
poſtea corrupit eā (poſt vnā).i.ꝑmā.eo mō lo-
quendi quo dr̄ Gen.i.Factū ē veſpe ꝛ mane di
es vn⁹.i.ꝑm⁹ (ꝛ ſcd̄am correctōeꝫ deuita) ꝛ fa-
cias ab alijs deuitari.ne p eū ĩficiāt̄ alij (ſciēs
qꝛ ſubuerſuſ ē) abſq̄ reditu.ꝛ hoc de cōi curſu
(cū ſit ꝓprio iudicio ꝯdēnat⁹) nā fideꝫ quā re
cepit vt verā.ipugnat vt falſā (Cum miſero) h̄
ē vltia ps hui⁹ eple q̄ dr̄ ꝯcluſio ei⁹.in q̄ ꝓ tito
mādat ꝛ eū ſalutat.d.(Cū miſero arthemā ad
te aut titū) ad regendū in abſn̄tia tua ppl̄m tu
tuū (feſtina ad me venire nicopoliꝫ ꝛc̄) qꝛ ꝓpo
nebat ibi manere p aliqd̄ ſpaciū tp̄is.iō ꝓ tito
mādabat.vt illo tp̄is ſpacio poſſꝫ eū pleni⁹ in-
formare ď eccl̄iaſtica diſciplīa (zenā leg̃ ꝑitū ꝛ
apollo ſollicite ꝑmitte).i.ꝑuſq̄ ad me vēiaſ re
mitte ita ſollicite ꝓuidēdo eis ď neceſſarijs (ut
nihil deſit eis) in via.erat.n.apollo ep̄s corin-
thioꝝ:ſꝫ pp ſeditōꝫ aduerſū ſe ꝯcitatā p pſeu-
do apl̄os diſceſſerat cū zena ſocio ſuo veniens
ad titū cretēſeꝫ ep̄ꝫ.ſꝫ ſedat̄ corīthijs p ep̄l̄as
pauli mādauit tito vt ꝑuſq̄ veniret necopoliꝫ
ad eū remitteret eos decēter.Qd̄ āt ꝑus noīat
zenā:ꝛ dic̄ eū legiſꝑitū.n̄ ē ex eo qꝛ maior eēt:ſ
ꝑitior:ſꝫ qꝛ dignitas ep̄alis ipius apollo ꝛ ei⁹
ſcīa erant note ꝛ famoſe.nō ſic autē alteri⁹.iō
ꝑus ip̄m noīauit ꝛ ꝑitū exꝑſſit.ne cura ꝓuiſio
nis circa eū negligeret̄.ꝛ ſi querat̄ vnde fieret
iſta ꝓuiſio rn̄det.d.(diſcāt aūt ꝛ veſtri).ſ.cre-
tenſes vobis ſubditi (bonis operibus ꝑeſſe).i.
inſiſtere.ſ.miniſtrando doctorib⁹ (ad vſus ne
ceſſarios) nō ſupfluoſ (vt nō ſint infructuoſi)
ꝛ ſic excidātur ꝛ in ignem mittant̄:ſicut arbor
infructuoſa.Math.7.Omnis arbor que non
facit fructum bonum excidet̄ ꝛ in ignem mit-
tetur (Salutant te) Conſequenter ſalutat euꝫ
ex pte ſocioꝝ.d.(Salutāt te q meeū ſunt oēs)
quoꝝ noīa tacet ꝓpter breuitateꝫ (ſaluta eos
q nos amāt in fide).i.fidelr̄ ꝛ nō ficte.ꝯn̄r eos

ſalutat generaliter.d.(Gr̃a dei) q̃ eſt arra vite
beate(cuꝫ oĩbus vobis)ſupple ſit(Amen)

¶ Poſtilla fratris Nicolai de lira ſup eplam
ad Philemonem incipit.

PAulus vinctus) Hic incipit epl̃a
ad Philemonem.que diuidit̃ in
tres.ſ.in ſalutatõeꝫ ⁊ ꝓſecutiõeꝫ
ibi.Gratias ago.⁊ ↄcluſioneꝫ.ibi
confidens.In pͥma pte ponunt̃ p
ſone ſalutantes.cuꝫ dr̃(Paulus vinctus ieſu
xp̃i).i.icarcerat᷒ p fide ieſu xp̃i. Hic nõ noiat
ſe aplm:quod ẽ nomen dignitatꝭ.ſꝫ vinctũ pro
ihu xp̃o.qd̕ eſt expreſſiuũ pietatis. eo ꝙ inten
debat mouere philemonẽ ad pietatẽ erga one/
ſimum:p quo ſcripſit hanc eplam philemoni:
vt patebit ꝓſequendo(⁊ thimotheus frater)
hunc adiungit in ſalutatione: qm̃ erat dilect᷒
philemoni.vt ſic petitio ſit magis exaudibilis
non ſolũ pro reuerentia pauli:ſꝫ etiã p amore
thimothei.2°. ponunt̃ pſone ſalutate.cũ dicit̃
(philemoni dilecto adiutori nr̃o)in opere p̃di/
catiõis(⁊ appie ſorori cariſſime)hec vt dic̃ glo.
erat vxor philemonis.id̕ ponit eaꝫ in ſalutati
one: vt inclinet philemonẽ ad petitõiſ exaudi
tionẽ(⁊ archippo cõmilitoni nr̃o)i militia xp̃i
reſiſtendo viriliꝛ aduerſarijs fidei.⁊ iſte noiat̃
eadẽ rõne qua ⁊ appia(⁊ eccleſie).i.ↄgregatõi
fideliũ(que i domo tua ẽ)naꝫ cũ eo plures ha
bitabant fideles.3°. ponunt̃ optata bona. cuꝫ
dr̃(gr̃a vobis ⁊c̃)exponat̃ ſic̃ in p̃ncipio eple p̃
cedentiſ(Gr̃as ago) Hic ↄſir ponit̃ hui᷒ eple ꝓ
ſecutio.⁊ diuidit̃ i.2.ptes.qꝛ p̃ paulus captat
philemonis beniuolentiã.2°. format ſuaꝫ peti
tionẽ ibi.ꝓpter quod.Circa pͥmum dicit(Gra
tias ago deo meo ſemper)actu vel habitu vel
(ſemper).i.oĩbus tp̃ibus ad hoc decentibus
(memoriã tui faciens)gr̃as agẽdo p bonis tu
is p̃teritis ⁊ depcando de futuri(audiens cari
tatẽ tuã ⁊ fidẽ).i.ↄmendatõeꝫ tue caritatis ⁊
fidei a referentib᷒ mihi(quã habes in dño ihu
cui ſeruis fideliꝛ(⁊ in omnes ſanctos)qb᷒ tua
bõa cõicas miſericorditer(vt cõicatio ⁊c̃)hoc
refert̃ ad id quod ſupra dr̃(memoriã tui faci/
ens in orõnib᷒ meis).ſ.orando(vt cõicatio fi/
dei tue)in effectu quo ſeruis xp̃o fideliꝛ.⁊ ſcis
ei᷒ miniſtras miſericorditer(euidens fiat)per
receptõeꝫ p̃mij(in agnitione oĩs boni).i.in cla
ra viſione dei.in quo eſt oẽ bonuꝫ(in xp̃o ihu)
.i.per xp̃m ihm tanq̃ꝫ per mediatorẽ noſtrũ vł
dr̃(in xp̃o ihu)qꝛ bt̃i reficiunt̃ interi᷒ in aſpe/
ctu ſue deitatis.⁊ exterius in aſpectu ei᷒ hũa/
nitatis(Gaudiũ.n.magnũ hũi ⁊c̃)qꝛ bonũ di/
ſcipuli redũdat in bonũ mgr̃i(qꝛ viſcera ſcõꝝ
regeuerunt p te frater)ↄſolatus.n.fuerat eos
v̄bo ⁊ ẽt neceſſaria miniſtrãdo.hanc aũt ↄmẽ/
datõem ⁊ cõſimiles nõ faciebat apoſtolus ad
adulandũſꝫ vt ꝓuocaret ad m ai᷒ bonũ.qꝛ v̄/
tus laudata creſcit(Propter qd̕) Hic ↄſir apo
ſtolus format petitõeꝫ.⁊ 2°. remouet excuſati/
onẽ.ibi.Forſitan.n.Circa pͥmum dicit(ꝓpter
qd̕).i.ꝓpter caritatẽ de te auditã(multã fidu
ciã habens in xp̃o ihu).i.p amore xp̃i ieſu(im
ꝑerandi tibi quod ad reꝫ pertinet).i.qd̕ eſt de/
cens ⁊ rõnabile(ꝓpter caritateꝫ)inter me ⁊ te
mutuã(magis obſecro cũ ſis talis) vita ⁊ eta/
te(vt paulus ſenex) ꝓpter qd̕ magis volo vti
depcatione q̃ꝫ impio.vñ ⁊ ſcribens thimotheo
dicit pͥma epiſtola.4.c.Seniorẽ ne increpaue
ris:ſꝫ obſecra vt pr̃em(nũc aũt ⁊ vinctus ieſu
xp̃i)q.d.mea ſenect᷒ ⁊ incarceratio monere te
debent ad acqeſcendũ mee depcatõni que ſub
dit̃.cũ dr̃(Obſecro te p meo filio)ſpũali(quẽ
genui)in fide(in vinculis)ex his ꝓpter qd̕ tene
ri᷒ ipm diligo(q tibi aliqñ inutilis fuit)tua tol
lendo:qñ erat infidelis(nunc aũt)regenerat᷒
in xp̃o(⁊ mihi ⁊ tibi vtilis)ſeruiendo fideliꝛ et
mihi ⁊ tibi(quẽ remiſi tibi)melioratũ(tu aũt
illũ vt mea viſcera ſuſcipe).i.vt filiũ meuꝫ ca
riſſimum ac ſi fuiſſet genit᷒ ex meis viſcerib᷒
(quẽ ego volueram mecũ detinere vt pro te)qui
filius meus es iã diu(mihi miniſtraret)cum
ſit ſeru᷒ tu᷒.⁊ ſic mihi miniſtrares p ipꝫ(in vi
culis euãgelij).i.quib᷒ ſum alligat᷒ p p̃dicati
one euãgelij(Sine aũt ↄſilio tuo).i.ſine aſſen
ſu tuo(nihil volui facere)pe ei᷒ retentiõe(vt
ne velut ex neceſſitate bonũ tuũ eſſet ⁊c̃).i.ne
bonũ miniſteriũ quod fieret mihi p eũ qd̕ ſcõꝫ
v̄itatẽ dꝫ dici tuũ.eo ꝙ eſt ſeruus tu᷒.videret̃
magis coactuꝫ q̃ꝫ volũtariũ ex parte tua(For
ſitan) Hic ↄſir remouet duplicẽ excuſatiõem.
quã poſſet iſte philemon facere. pͥma eſt quia
Oneſimus ab eo receſſerat ipſo neſciẽte.pp qd̕
nõ debebat ab eo iteꝝ recipi gratioſe. hoc aũt
excludit apoſtol᷒ per hoc ꝙ ille receſſus cedit
ad bonuꝫ philemonis dicens(Forſitan autẽ
diſceſſit ad horam a te).i.modico tempore qd̕
quaſi nihil reputãduꝫ eſt.2.Phyſi.(vt in eter
num illum reciperes).i.non ſolum in preſenti
ad tuum ſeruitium paratum:ſꝫ etiaꝫ i futuro
tecum ad celi gloriã ordinatum.ideo ſubditur
(iam nõ vt ſeruũ:ſed pro ſeruo cariſſimuꝫ fra/
trem)religione chriſtiana(maxime mihi).ſ.ca
riſſimũ.eo ꝙ in fide genui euꝫ.vt p̃dcm̃ ẽ(quã
to aũt magis tibi)ſupple dꝫ eẽ carus magiꝭ q̃ꝫ
ante receſſuꝫ ipſius(⁊ in carne)quia ſeruus tu
us eſt ad ſeruiendum tibi corporaliꝛ(⁊ in dño)
qꝛ fact᷒ eſt fidelis ad regnandũ tecũ eternaliꝛ.
id̕ ↄcludit(ſi g̃ hẽs me ſociũ)tibi v̄iſſima cari/
tate ↄiunctũ.⁊ accipit̃ ſi p qꝛ(ſuſcipe illũ ſicut
me).i.dulciter ac benigne(Si autẽ) Hic remo
uet̃ ſecũda excuſatio:qꝛ poſſet philemon dice/
re.ꝙ oneſimus recedendo intulit ſibi damnuꝫ
in perſonis vel in ſuis rebus.hoc remouet per
hoc quod obligat ſe ad ſatiſfaciendum dicens
(ſi autem aliquid nocuit tibi)in perſona tua.
aut in familia(aut dꝫ)ex obligatione aliq̃(im
puta mihi)tanq̃ꝫ debitori(Ego paulus manu
mea ſcripſi)h̕ dicit ad maiorẽ certitudieꝫ(ego
reddã).i.ſatiſfaciã ipſi domino q ẽ ſupior oĩꝫ
id̕ ſubdit̃(vt nõ dicã tibi)cui᷒ ſubdit̃ rõ.cum
dr̃(qd̕ ⁊ te ⁊c̃).i.qꝛ ẽt teipſum mihi debes.eo ꝙ
es creatura mea in fide catholica ⁊ inſtructõe
euangelica.q.d.minus exigo a te q̃ mihi debe
as(ita frater ego fruar te in dño).i.gaudebo d̕
te in deo ſi feceris q̃ peto(reſice viſcera mea)
ↄplendo deſideriũ meũ i hoc qd̕ poſtulo(i do/
mino).i.ꝓpter dñꝫ p̃ncipaliꝛ.⁊ ꝓpter me ſcda/
rio(Cõfidens) Hec eſt vltima ps vel epiſtole
ↄcluſio i qua p̃ dicit ſe ſcripſiſſe philemoni cõ/
fidens de ꝓmptitudine ſue obedientie.d.(cõ/
fidens ⁊c̃)⁊ pꝫ.2°.mandat ſibi hoſpitiũ parari
ex amicitia ſpãli.d.(ſimul aũt)3°. ſalutat eum
ex pte ſocioꝝ ſuoꝝ.d.(ſalutat te epaphras ⁊c̃)
Et vltimo benedicit ei ⁊ alijs ſimul.d.(Gratia
domini noſtri ihu xp̃i)que eſt arra vite beate
(cũ ſpiritu vr̃o)ſupple ſit perſeuerãter.Amẽ.

¶ Prohemiuꝫ fratris Nicolai de lira ſup epi
ſtolam Pauli ad hebreos incipit.

QUm venerit quod perfectũ ẽ eua
cuabit̃ quod eſt ex parte.pͥma ad
Cori.13°. In pͥmitiua eccleſia illi q
de iudaiſmo conuertebant̃ ad fi
dem xp̃i zelabãt nimis ⁊ indiſcre
te p lege moyſi.ſcõꝫ qd̕ ſcribit̃ in lib.Act.aplo
rũ.in quo qdem libro texit̃ hiſtoria naſcentis
eccleſie.vt dicit hieronym᷒ in epiſtola ad pau
linũ.ibi.n.21.c. introducunt̃ verba bt̃i iacobi
loquentis ad paulũ apoſtolum de zelo cõuer/
ſoꝝ ad fidem xp̃i p lege moyſi ſic dicentis.Ui
des frater quot millia ſunt in iudeis qui credi
derunt xp̃o ⁊ oẽs ſunt emulatores legis ⁊c̃.⁊ i
tm̃ pro lege moyſi zelabant ꝙ dicebant neceſ/
ſariũ ad ſalutẽ ipſam obſeruari.vt habet̃ Act.
15.Quidã deſcẽdẽtes de iudea.ſ.in anthiochi/
am vbi erat eccleſia fideliũ inchoata dicebãt
fratres.qꝛ niſi circuncidamini ſcõꝫ morẽ moyſi
non poteſtis ſalui fieri.⁊ inde orta fuit hereſiſ
nazareoꝝ dicentiũ obſeruantiã oĩum legaliũ
eẽ neceſſariã ad ſalutẽ. vt dicit Aug.de hereſi/
bus. Paulus igit̃ a deo doctus non ſolũ i ter/
ris p inſpiratõem ſicut ceteri apl̃i : ſꝫ ẽt in celꝭ
p aptã viſioneꝫ i raptu.ſicut ſcribit Augu. ad
paulinũ de videndo deo. videns hoc eẽ cõtra
v̄itatem euangelij ſcripſit hãc eplam hebreis
ad fideꝫ xp̃i ↄuerſis in ea manifeſte oſtendẽs
impfectionem legis reſpectu euangelij. ⁊ per
ↄñs eius ceſſationẽ in tẽpore pfectionis quod
eſt tp̃us xp̃i.⁊ ex hoc patꝫ.ꝙ iſta epl̃a inter epi
ſtolas pauli pͥma ẽ in ordine doctrine.lꝫ ſit vl/
tima ſcribẽdi tp̃e.qd̕ pꝫ ex duob᷒. p̃ ex mõ ſcri
bendi.qꝛ hãc eplam ſcripſit apoſtolus hebrai
ce.vt magis videbit̃ infra.Scriptura aũt he/
braica antiqor eſt inter omnes . ſecũdũ qd̕ dic̃
Iſidorus.p̃ Ethi.Unde ⁊ alie lr̃e deriuantur
ab hebraicis.⁊ q̃ꝫtum ad ſonum ⁊ q̃ꝫtuꝫ ad no/
minatõem.qd̕ pꝫ de lr̃is grecis.pͥma.n.lr̃a he/
braica dicit̃ aleph.ſcda beth.pͥma in greco dr̃
alpha.ſecunda vita.⁊ ſic de alijs ſaltem in pl̃i
bus.Unde pꝫ ꝙ lr̃e grece ſunt deriuate ab he
braicis.⁊ nõ eſt dubium ꝙ latine ſunt deriua
te a grecis.ſicut idioma latinum ab idiomate
greco . ⁊ ſic patet propoſitum. 2° hoc patet ex
ſnĩa:quia in hac epl̃a veritas legis euangelice
⁊ eius perfectio oſtendit̃.In alijs aũt epiſtoliſ
paulus apoſtolus ad obſeruantiã euangelij fi
deles hortat̃.prius eſt autem legis v̄itatẽ ag/
ſcere q̃ꝫ ipſam veritatẽ obſeruare.pꝫ igit̃ ꝙ hec
epl̃a p̃or eſt ordine doctrine.In v̄bo igit̃ paſſũ
pto tria deſignant̃ ad euidentiaꝫ huius epiſto
le.pͥmum eſt impfectio legis moſaice. 2ᵘᵐ ẽ per
fectio legis euangelice.3ᵘᵐ eſt ordo vtriuſq̃ꝫ.p̃/
mũ tangit̃.cũ dicit̃.qd̕ ex parte eſt.2ᵘᵐ cum dr̃
qd̕ perfectũ eſt.3ᵘᵐ cũ dicit̃. venerit.⁊ euacua/
bit̃.qꝛ adueniente euangelio lex euacuabitur
vt magiꝭ videbit̃ i ſeq̃ntib᷒.p̃ igr̃ i v̄bo paſſũpto
tãgit̃ ipfectõ moſaice legꝭ.cũ dr̃ qd̕ ex pte ẽ.pſ
.n.hꝫ rõeꝫ iperfecti.ſicut per oppoſitũ totũ hꝫ
rõneꝫ pfecti ſcõꝫ qd̕ dicit̃.3.phiſicorũ totũ ⁊ p
fectũ idẽ ſũt.et id̕ ipfectio legis moſaice bene
deſignat̃ cũ dicit̃ ex pte.Ad cuius euidẽtiã no
tãdũ ꝙ i lege diuina occurrũt tria ↄſiderãda.
pͥmũ ẽ fides vnius dei qd̕ ẽ qd pͥuiũ ad ſuſce/
ptionẽ legis diuine.qꝛ p fidẽ ppl̃s adunat̃ cui
lex dat̃.qꝛ lex nõ dat̃ niſi pplo aliq̃ mõ aduna
to.Scdm̃ ẽ ipſa lex uel corp᷒ legis qd̕ cõſiſtit
in ipſi᷒ mãdatis vel monitis.Tertiũ ẽ eius.fi
nis.finis aũt legis diuine ẽ beatitudo eterna.
ſic̃ finis legis pollitice ⁊ hũane ẽ felicitas pol/
litica.In iſtis tribus lex moſaica iuenit̃ iper/
fecta qd̕ patet de p̃. videlicꝫ de fide . qꝛ licet in
illa lege fuerit notitia aliq̃lis vni᷒ dei.⁊ ẽt xp̃i
in quodã generali.tamẽ nõ fuit ibi notitia ex/
plicita trinitatis pſonarũ i vnitate eſſẽtie.nec
p ↄñs incarnatiõis.cui᷒ ratio ẽ.qꝛ ſicut cogni
tio naturalis ꝓcedit de ipfecto ad pfectuꝫ:ut
dicit̃ p̃ phyſicoꝝ.Unde ⁊ pueri vocãt p̃ oẽs vi
ros patres.⁊ oẽs feminaſ matres. poſtea diſti
guũt vnũquodq̃ꝫ ita ſiliter ſupnaturaliſ cogni
tio minor fuit in veteri lege q̃ꝫ in noua i qua p
xp̃m veritas lucide ẽ reuelata.ꝓpter qd̕ dicit
ſaluator.Io.17. Pater manifeſtaui nomẽ tuũ
hoib᷒ quos dediſti mihi ⁊c̃. In figura h᷒.moy
ſeſ loquebat̃ ad pplꝫ velata facie.ut hẽt Exo.
24.qꝛ myſteria nr̃e fidei erãt figuriꝭ ⁊ enigma
tib᷒ velata.pp qd̕ patres veteri teſtamẽti po/
terãt dicere illud qd̕ ſcribit̃ pͥma ad corinthi.
13.Ex pte cognoſcimuſ.⁊ ex parte ꝓphetamus
Similiter lex moſaica fuit iperfecta. quantũ
ad ſecũdũ qd̕ ẽ legis corpus ſiue mãdata ipſi᷒
Ad cuius euidẽtiã cõſiderãdũ .ꝙ mãdata le/
gis in tria diſtinguũt̃ genera.qꝛ quedã ſũt pre
cepta moralia cuiuſmõi.ſũt illa que ſunt de di
ctamine rationis :etiã ſi nulla lex eſſet poſita.
ſicut ẽ illud mãdatũ qd̕ ſcribit̃ . Exo. 20. Ho/
nora patrẽ ⁊ matrẽ ⁊c̃. ⁊ ſiliꝛ illud qd̕ p modũ
monitiõis ſcribit̃ Leuit.19.Corã cano capite

ꝯſurge: ⁊ honoꝛa ꝑſonā ſenis ⁊ ſilis. Quedam
aūt ſunt iudicialia ꝓcepta. que ſūt determina
tōes q̄dā moraliū ꝓceptoꝝ ī oꝛdine ad ꝓximū
ſicut de dictamīe rōis naturalis ē ꝙ malefici
moꝛiāť. ꝓpter qđ ꝓceptū illud moꝛale ē. qđ hř
Exo. 22. Maleficos nō patieris viuere. ſ; mo
dus moꝛtis. vt ꝙ lapidenť. vel decapitenť. et
hꝰ pertinet ad determinatiōe; legis. ⁊ deter
minanť in iudicialibꝰ ꝓcepti. Quedā aūt ſunt
cerimonialia. ⁊ ſunt determinatōes moꝛaliu;
ꝓceptoꝝ in oꝛdine ad deū: ſicť de dictamine rō
nis naturalis eſt. ꝙ deꝰ honoꝛeť. ⁊ iđ dať de h
ꝓceptū moꝛale. Exo. 20. Memento vt diē ſab
bati ſanctifices. modus tñ honoꝛādi deū. vt ꝑ
talia ſacrificia. vel talibꝰ tꝑibꝰ. ⁊ hꝰ ꝑtin; ad
determinatōem legis. ⁊ hoc determinať in ce
rimonialibꝰ ꝓceptis. ꝓpter qđ preceptū. Exo.
29. Memento vt diē ſabbati ſcifices. q̄tū ad
determinatōem tꝑis. ſ. diei ſabbati cerimonia
le ē. moꝛale aūt inquantu; ibi ꝓcipiť ꝙ hō va
cet diuis. Iſta aūt tria ꝓdicta genera ꝓceptoꝝ
in lege moyſi fuerunt īꝑfecta. ⁊ hoc declaꝛť ꝓ
de moꝛalibꝰ ꝓceptis duplici rōne. ꝓma rō eſt
iſta. q2 moꝛalia ꝓcepta ī lege moyſi oꝛdinabāt
actꝰ hominū exterioꝛes tñ. ꝓpter qđ apoſtolꝰ
in epľa ad Ro. 3. vocat legē moyſi: lege; fcōꝝ.
de actibꝰ aūt interioꝛibꝰ in quibꝰ ꝓncipalius
ꝯſiſtit bonum moꝛis nihil oꝛdinabāt aut paꝝ.
Sed contra hoc videť eſſe illud quod habeť.
Exo. 20. vbi ꝯcupia ꝓhibeť. Non cōcupiſces
vxoꝛem ꝓximi tui ⁊c. Dicendum ē ſcđm anti
quos doctoꝛes. ꝙ talis ꝯcupia non ꝓhibeť in
q̄tu; ē oīo latens in coꝛde: ſ; ꝓut ꝓrumpebat
exterius per aliqua ſigna. vt ꝑ verba ſcurrilia
tactus. ⁊ oſcula. ⁊ hꝰ. ⁊ iđ ſic exponunt nō cō
cupiſces. i. ſigna ꝯcupiſcentis nō facies. vnde
Phil. 3. dicit glo. ꝙ lex vetus ꝓhibebat manū
nō aīum. Uel ſcđm alios eſt dicendū ꝙ l; lex
ve. ꝓhiberet ꝯcupiam aī latētē. hoc tñ erat in
paucis. ſ. in mechia ⁊ furto. Itē ī iſtis inſuffi
ciēter ꝓhibebat ꝯcupia;. q2 nō puniebat trāſ
greſſoꝛes. ⁊ ſic p; ꝙ lex moſaica inſufficienter
oꝛdinabat actuſ interioꝛes. Scđa rō eſt q2 lex
moſaica etiā actꝰ exterioꝛes inſufficiēter oꝛdi
nabat. ſicut p; Deutero. 23. vbi dicitur. Nō fe
nerabeꝛis fřı tuo ad vſurā pecuniā nec fruges
nec aliquā aliā rem. ſed alieno. Ibi. n. permit
tiť vſura cum extraneis ꝑſonis: quod eſt illici
tū ⁊ ꝯ dictamē recte rationis. ſimiľr Deut. 24.
Permittitur uiro dare vxoꝛi libellu; repudÿ
⁊ ex cauſa indebita. vnde ibidem diciť. Si ac
ceperit hō vxoꝛem ⁊ odio habuerit eam ⁊ non
inuenerit grām in oculis eius ꝓpter aliquam
feditatem. ſcribet libellum repudÿ et dabit
in manu eiꝰ ⁊ dimittet de domo ſua. indiuiſibi
litas aūt ꝯiugum per totam vita; eſt de dicta
mine rōnis naturalis, vt alias declaraui ſuꝑ
Math. ⁊ ſic p; ꝙ lex vetus imperfecta fuit in
moꝛalibus. ꝓpter hanc aūt imperfectiōe; lex

moſaica diciť pedagogus noſter. Gal. 3. i. regu
la pueroꝝ et īꝑfectoꝝ in quibus non queriť
perfectio interioꝛ. licet ab exterioꝛibus inhōe
ſtiſ timoꝛe diſcipline repmenť ⁊ in exterioꝛibꝰ
actibus multa eis permittunť que non ꝑmit
terenť viris perfectis. ꝓpter quod Aug. li. de
ſpiritu ⁊ littera. exponens illud. 2. Coꝛin. 3. Lit
tera occidit ⁊c. dicit hoc eſſe intelligendū non
tñ de cerimonialibꝰ. ſ; ētiā de moꝛalibꝰ veteriſ
legis. q2. ſ. non ꝓhibebant aliqua que de ſe ſūt
moꝛtifera. vt p; ex ꝓdictis. ꝓpter quod diciť
ad Ro. 3. Ex operibus legis non iuſtificať oīs
caro. 2°. oſtendiť ꝙ cerimonialia fuerunt imꝑ
fecta. Ad cuiꝰ euidentiā conſiderandū ꝙ ceri
monie veteris legis ſunt in quadruplici dřia
quedam pertinent ad ſacramenta. queda; ad
ſacrificia. quedam ad obſeruatōem. ⁊ queda;
ad ſacra. ſacra autem ⁊ obſeruatōes oꝛdinanť
ad ſacrificia ⁊ ſacramenta: q2 ſacra dicunť va
ſa ⁊ loca: ⁊ huiuſmōi. quibus vtebanť in ſacri
ficÿs ⁊ ritu colendi. Obſeruatōes dicunť qui
dam mōi religioſi viuendi. quibꝰ vtebanť iu
dei qui erant populus peculiaris ipſius dei. vt
pote ꝙ cuſtodirent ſe ab aliquibuſ cibarÿs et
potibus ⁊ veſtibus ⁊ cōſimilibus. ⁊ hoc quia
erant populus deo ꝯſecratus ꝑ ſacramentum
circunciſionis ⁊ alia ſacramenta. nunc aūt ita
eſt ꝙ ex fine accipiť rō eoꝝ que ſunt ad finem
⁊ iđ ſi oſtendať ꝙ ſacrificia ⁊ ſacramenta erāt
īꝑfecta ſufficienter erit oſtenſum ꝙ ſacra et
obſeruatōes erant īꝑfecta. q2 oꝛdinabāť ad
duo ꝓdicta: ſicut ad finem: vt ꝓdictum ē. Qđ
aūt ſacrificia veteris legis eſſent īꝑfecta oſť
ditur. q2 quedā erāt ſacrificia ꝓ peccato obla
ta. ⁊ hec erant imꝑfecta. q2 nō poterant aufer
re peccata. ꝓpter quod dicit apoſtolus ad He
bre. 10. Impoſſibile eſt ſanguine hircoꝝ ⁊ tau
roꝝ auferri peccata. ⁊ iteꝝ ibidē. Omnis qdē
ſacerdos. ſ. veteris le. preſto eſt quotidie mini
ſtrāſ. vt eaſdem offerens hoſtias: que nō pñt
auferre peccata. ⁊ hoc idem habeť Eſa. 40. Li
banus nō ſufficiet ad ſuccendendū. ⁊ aīalia ñ
ſufficient ad holocauſtum. libanus aūt hic vo
cať ꝓmum templū quod factu; fuit de libani
lignis. aīalia aūt ibi oblata ⁊ q̄tum ad parte;
ꝯcremata nō ſufficiebāt ad amotionē peccati
Alia erant ſacrificia pacifica. i. ex deuotōe ob
lata ad grām dei impetrandā. ſeu aliqđ bñfi
ciu; diuinū. ⁊ illa erant imꝑfecta. q2 grā diui
na ſeu beneficiū diuinū nō īpetrabať ratōne
oblati muneris. l; aliqñ dareť. ꝓpter deuotio
nē ⁊ fidē offerentis. ⁊ hoc ē qđ diť apoꝰ Hebr. 9
Tabernaculū fcm̄ ē ꝓꝰ ⁊c. ⁊ ſeqť. q̄ ē ꝑabola i
ſtātis tꝑis iuxta quā munera ⁊ hoſtie offerunť
q̄ nō pñt ſcđm ꝯſciaꝫ ꝑfectū facere ſeruiente;.
ꝑfectio ꝯſcie ē ꝑ donū grē. ⁊ ſic p; ꝓpoſitū q̄
tū ad legis ſacrificia. Siľr ſacra ve. le. erant i
ꝑfecta. Ad cuiꝰ euidentiā ꝯſiderandu;. ꝙ illa
ſacra erant oꝛdinata ad faciendū hoīes idone

os ad cultū diuinū. ⁊ iđ ꝺ eis aliqua erāt cōia
toti populo. tam viris q̄ mulieribꝰ: vt purifi
cationes aliq̄ a tactu īmundi vel moꝛtui. que
purificationes fiebant ꝑ aſperſiōem aq̄ expia
tiōis. de qua habeť Nume. 19. ⁊ ꝯſilia. Aliqua
aūt erant ſacramenta ſolis viris ꝯuenientia:
ſicut circūciſio. Aliqua ſolis ſacerdotibus: ſicť
ꝯſecratio ⁊ vnctio ſacerdotis ⁊ ꝯſimilia. Cuiꝰ
rō eſt. q2 ſacerdoteſ ſpāli modo applicabāť ad
cultū dei. Iſta tñ ſacramēta ꝓdicta erant īꝑ
fecta. q2 nō ꝯferebant grām ſine q̄ non efficiū
tur hoīes idonei ad cultū diuinū. iđ ſacramē
ta legalia dicunť egena ⁊ infirma. Gal. 4. vbi
diciť ſic. Nunc autē cum cognoueritis deum.
imo cogniti eſtis a deo. q̄uo cōuertimi iterum
ad egena ⁊ infirma elementa. dicunť aūt īfir
ma. q2 nō ꝯferebant aliquā ꝑtātem ſpiritualē
ſicť ꝯferūt ſacra no. le. ſiľr dicūť egena. q2 ñ cō
ferebāt grām q̄ necīa ē ad hñ vtēdū illa ꝑtāte
S; ꝯ hoc videť. q2 ī Exo. ⁊ Leui. q̄ſi vbiq; dř ꝙ
illa ſacra reddebāt hoīes idoneos ad cultū di
uinū. Dicēdū ꝙ talis idoneitas erat ꝑ quādā
mundiciā ⁊ expiatōe; coꝛꝑale;: ſicť in no. le. dř
aliq̄s ineptꝰ ad miſtrādū vel celebrādū: ꝓpter
īmūdiciā mānū. ⁊ lotō manuū reddit eū aptū
ſ; hec aptitudo ē tñ coꝛꝑalis. ſic erat de apti
tudine q̄ dabať ꝑ ſacra ve. le. ꝓpter h dicunť
iſta ſacra emūdatōis carnis. vt habeť Hebr.
9. vbi dř ſic. Sanguis hircoꝝ q. ſ. offerebať in
ꝯſecratiōe ſacerdotū ⁊ cinis vitule aſperſus.
q̄ oēs mūdabāť a tactu moꝛticini. uel īmūdi.
ut dictū ē. inquinatos ſcīficat ad emūdatōe; car
nis. i. coꝛꝑis. q2 ut dictū ē talia nō cōferebant
grām: ſ; auferebant q̄dā īpedimenta ⁊ irregu
laritates īpediētes a tabernaculi ingreſſu. ſicť
ī no. le. p; ꝑ exēplū. qñ. n. ꝑ ꝓlatos diſpēſať cū
aliquo illegitime nato uel ꝓuato vno oculo: nuľ
hꝰ non ꝯferť ex hoc ſibi grā. ſ; tñ irregulari
tas tolliť. S; ꝯ hoc videť ꝙ ſcđo; doctrinā ſcō
rū circūciſio tollebat pcc̄m oꝛiginale. ⁊ ꝑ ꝯñs
ꝯferebat grāſ: vt cōiter teneť. Dicendū ſcđm
antiquā opīonem ꝙ tollebat peccatū oꝛigina
le. nō tñ gra; ꝯferebat. hec. n. erat poteſtas cir
cunciſiōis. vt teneť a mľtis ⁊ magnis. quoꝛu;
rōes hic ꝓpter ꝓlixitatē omitto. ⁊ ī hoc differe
bat a baptiſmo: q nō ſolū aufert peccatū oꝛigi
nale: ſ; cōfert grām. Aliter pōt dici ꝙ ſi in cir
cunciſione ꝯferebať grā. hoc nō erat ī virtute
illiꝰ ſacrī. ſ; ex fide xpī venturi quē ꝓteſtabať
ille q circūcidebať ſi adultus erat, vel aliꝰ ꝓ
eo ſi ꝑuulus erat. ⁊ hoc eſt qđ dř cōiter: ꝙ va
lebat ex fide ſuſcipiētiū. nō āt ex oꝑe oꝑato: ꝑ
quē modū valent ſacramenta noue le. p; igiť
ꝙ cerimonialia ꝓcepta legis erant imꝑfecta.
3°. oſtendo ꝙ iudicialia erant īꝑfecta: qđ p;
ex duobꝰ. ꝓ ex mō inducendi hoīes ad obſer
uatōem iuſticie. ad qđ oꝛdinabanť iudicialia
ꝓcepta. 2°. ex ipis ꝓcepti. Primū p; ſic: ꝓꝓꝛiū
ē imꝑfectoꝝ hominū: vt inducanť ad iuſticiā

obſeruandā ꝑ timoꝛē pene. vñ dicit Oratiꝰ li
bꝛo epiſtolaꝝ. Oderūt peccare boni virtutis amo
re. Oderūt peccare mali foꝛmidine pene. Hoc
ēt declarať rōne. q2 illđ quod cū timoꝛe fit pe
nale ē ⁊ ñ delectabile. vñ dř ꝓma Io. 4. Timoꝛ
penā h;. operari aūt virtuoſe nō ē penale vir
tuoſo ⁊ ꝑfecto: ſ; magis delectabile. ꝓpter qđ
diciť 2°. ethicoꝝ. ꝙ ſignū habitꝰ generati ē ꝺ
lectatio in oꝑe: ſ; lex moſaica īducebat hoīes
ad iuſticiā obſeruādā ꝑ timoꝛē penaꝝ. ꝓpter
qđ diciť lex timoꝛis. ⁊ ī ſignū huiꝰ lex data fuit
ī terroꝛibꝰ: ut p; Exo. 19. Iā aduenit dies ter
ciꝰ ī quo. ſ. data ē lex. Seqtur: ⁊ ceperūt audi
ri tonitrua ⁊ micare fulgura. ⁊ nubes denſiſſi
ma operire mōtē. clāgoꝛq; buccine vehemētius
ꝑſtrepebat: tremuitq; ppľs q erat ī caſtris Et
ſimiliter eadē ratōne facies moyſi appuit coꝛ
nuta. qñ. 2°. appoꝛtauit legē ī tabliſ deſcriptā
⁊ timuerūt filÿ iſrť ut hř Exo. 34. In coꝛnibꝰ
. n. illis. deſignabať terroꝛ ⁊ feritas atq; ſeueri
tas legis. P; igiť ꝓmū videl; īꝑfectio iudiciali
u; ꝓceptoꝝ ex modo īducēdi ad opera iuſticie
per timoꝛē pene. 2°. idē p; ex ipſis iudicialibꝰ
ꝓceptis. que aliqñ infligebāt penā inocenti. et
aliqñ culpabilē nō puniebāt. ꝓmū p; ꝑ illud
quod habeť Nu. 35. de homicidio oīo caſuali.
vbi dř ſic. Talis qui foꝛtuitu ⁊ abſq; odio ē ini
micꝰ ⁊c. interficiebat hoīem. debere fugere ad
aliquā ciuitate; refugÿ. ⁊ ibi manere vſq; ad
moꝛtē ſūmi ſacerdotis. qđ aliqñ erat ꝑ magnu;
tempꝰ. ⁊ per ꝯñs talis qui erat innocens cum
homicidiū fuiſſet oīo caſuale ⁊ inuoluntariu;
ſine culpa puniebať graui pena. q2 opoꝛtebat
eum exulem eſſe per magnu; tempus a ſua ci
uitate ⁊ ſua poſſeſſione. 2ꝰ patet vbi ſubditur
de tali fugitiuo innocente. ꝙ ſi extra fines vr
biū inuentus fuerit ⁊ percuſſus ab eo q vltoꝛ
eſt ſanguinis abſq; noxa erit qui eum occide
rit. debuerat. n. ꝓfugus vſq; ad moꝛtē ſummi
ponti. in vrbe reſidere. ⁊ ſic p; ꝙ interfectio i
nocentis in cāu tali remanebat ſine pena: que
tamen eſt grauis culpa. talis autem imperfec
tio legis conueniebat imperfectioni populi: q
erat ꝓnus ad effuſionem ſanguinis. ⁊ ideo ſi ī
terfectoꝛ a cāu remaneret in ſua ciuitate inter
amicos īterfecti. eēt in periculo moꝛtis q̄uis
īnocēs. ⁊ ſic de facili poſſent in populo homici
dia multiplicari. ⁊ iđ ad hec mala euitāda da
tatē lex ꝓdcā de eiꝰ fuga q̄uis eēt īnocēs. ⁊ ea
dē rōe ꝓcedit lex. Si aliq̄s amicꝰ moꝛtui īter
ficeret eū ex̄ fines ciuitatis refugÿ. vt ſic coge
reť ī vrbe remanere ñ ex ſua culpa. ſ; ꝑꝑ hōici
dia euitāda ad q̄ ppľs tanq̄ īꝑfectus erat ꝓ
nus. Exēplū ad h idoneū ponit. Philo. 5. Eth.
d. ꝙ aliq̄ leges ſūt ſiles regulř. qbꝰ vtūť artifi
ces ī leſbia ad dolādū lapides: q2 lapideſ illiꝰ
regiōis ſūt male dolabiles. iđ vtunť artifices
reguľ plūbeiſ vt poſſint tōtuoſitati lapidū ap
plicari. ſic ī ve. te. date ſť le. aliq̄ īꝑfcōe; hñteſ

ꝑpter iꝑfectionē illius populi. Patet igitur
ex ꝑdictis: ꝙ legis ꝑcepta tā cerimonialia. ꝙ̄
moralia. ꝙ̄ ēt iudicialia erant iꝑfecta. ꝑpter
qḋ dicit dñs Ezech. 20. c. (dedi eis precepta nō
bona ⁊ iudicia, in quibus non viuent. ⁊ pollui
eos in muneribꝰ ſuis. dicit precepta ꝙ̄tum ad
moralia que dicuntur non bona. non propter
hoc ꝙ ibi aliquod malum precipiebatur. ſed
qꝛ per ipa actꝰ interiores ipoꝝ imperfcē ordi
nabant: vt viſum eſt ſupra. dicit iudicia i qui
bus nō viuent ꝙ̄tuꝫ ad iudicialia ꝑ que rege
bat iſte populꝰ timore pene. in quo nō ꝯſiſtit
vita anime: ſꝫ magis in amore: dicit vlterius
⁊ pollui eos in muneribꝰ ſuis. i. pollutos oſten
di ꝙ̄tū ad cerimonialia. qꝛ per illa q̄ offerebāt
ꝑ peccatis. polluti oſtendebant. ⁊ tñ non mū
dabant. vt viſum ē ſupra. pꝫ igit ꝙ lex moſay
ca erat iꝑfecta ſi cōſideret ipm corpus legis
3°. lex moſayca erat iꝑfecta ſi ꝯſideret eiꝰ fi
nis. ſicut. n. finis legis humane ē felicitas pol
litica. ita finis legis diuine eſt felicitas eterna
nō ſolum legis noue: ſꝫ etiā veteris. ꝑpter qḋ
dicit apoſtolus Ro. 10. Finis legis xp̄s in quo
ꝯſiſtit beatitudo obiectiue ſcḋꝫ qḋ dicit Jo. 17
Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſolū deū.
⁊ quē miſiſti ihm xp̄m. hunc aūt finē nō ꝯſeq
tur niſi per grām ſcḋm qḋ dicit Ro. 11. Gratia
dei vita eterna. lex aūt moſaica ñ poterat gra
tiā ꝯferre. vt viſum eſt. ⁊ per ꝯñs non poterat
ad hūc finē introducere. ꝑpter qḋ p̄res ve. te.
ꝙ̄tuncunqꝫ iuſti deſcendebant in iferrnū ad li
bū patꝝ. ꝑpter quod dixit ſcūs Job. 17. In ꝑ
fundiſſimuꝫ iferni deſcendebant oīa mea. ꝑꝑ
qḋ felicitas eterna non ꝑmittebat in lege ma
nifeſte. ſꝫ tñ ſub figura ꝑſperitatis terrene: et
ſi aliter ꝑmittit hoc eſt raro ⁊ obſcure. ꝑꝑ qḋ
dicit apoſtolus ad Hebre. 10. Umbrā habens
lex futuroꝝ bonoꝝ nō ipāꝫ imaginē reꝝ. quia
nō manifeſte: ſꝫ obſcure futura bona: que ſūt
bona celeſtia ꝑmittebat. pꝫ igit ex ꝑdictis im
ꝑfectio legis ꝙ̄tum ad tria ꝑdicta. vꝫ ꝙ̄tuꝫ ad
id quod eſt legis preuiū ⁊ ꝙ̄tum ad legis cor
pus. ⁊ ꝙ̄tum ad finem ipiꝰ: ꝑpter qḋ dicit apo
ſtolus Hebr. 7. Nihil ad ꝑfectuꝫ adduxit lex
⁊ hec imperfectio deſignat. cū dicit in v̄bo ꝑꝑ
ſito ex parte vt ꝑdictum ē. ꝑpter qḋ de hoc po
teſt experte exponi illud qḋ dr̄ Job. 26. Ecce h
ex parte dicta ſunt viaꝝ dei. vie. n. deueniēdi
ad deū ſūt ve. ⁊ no. te. ſꝫ ea q̄ dc̄a ſunt i ve. te. il
la ſūt ex ꝑte. qꝛ ſunt iꝑfcā. vt pꝫ ꝑ dc̄a. 2°. p̄nci
palr tangit in verbo ꝑpoſito ꝑfectio legis euā
gelice. cum dicit. id qḋ perfectum ē. ⁊ pꝫ eiꝰ ꝑ
fectio ꝯparando eam ad legis iꝑfectōem. qꝛ
ꝑfecta eſt reſpectu cognitionis fidei. ⁊ reſpectu
ꝑceptoꝝ ⁊ reſpc̄u finis. in qbꝰ lex moſaica erat
iꝑfecta. ꝙ aūt cognitio dei perfecta ſit i lege
noua. pꝫ per illud quod habet Jo. 17. Pr̄ mā
feſtaui nomē tuū. In figura aūt huius. veluꝫ
tēpli fuit ſciſſum in xp̄i paſſione ad oſtendēdū

ꝙ declarata ⁊ manifeſta erant q̄ ꝑus latebāt
ſub velamine. ꝑpter qḋ ipa lex noua tanq̄ per
fecta in cognitione eſt donū perfectum deſcen
dens a p̄re luminū. vt habet Jacobi p̄. Similr
lex noua ꝑfecta eſt ꝙ̄tum ad ipm corpus legis
. ſ. ꝙ̄tum ad moralia ꝑcepta ⁊ ꝙ̄tuꝫ ad ſacrā et
ꝙ̄tum ad ſacrificia. p̄ pꝫ hoc de ꝑceptis mora
libꝰ: qꝛ lex noua ꝑfecte ordinat humanos actꝰ
non ſolum exteriores: ſꝫ etiam interiores. ⁊ in
hoc imperfectiōem legis ſupplet. ꝑpter quod
dicit ſaluator Math. 5. Imperfectiōem legis
adimplendo. Audiſtis qꝛ dictum eſt antiquis
nō occides. qui autem occiderit reus erit iudi
cio. ego aūt dico vobis. qꝛ omnis qui iraſcitur
fr̄i ſuo reus erit iudicio. in quo ordinat motū
iteriorē animi. vt pꝫ. Similiter lex noua actꝰ
exteriores ordinat nullū malūꝫ ꝑmittendo. ꝑ
pter quod dicit ſaluator Math. 12. Dico autē
vobis. qꝛ omne verbuꝫ ocioſum qḋ locuti fue
rint homines ſup terram reddēt rōneꝫ in die
iudicij. Si aūt hic ꝑhibet v̄bum ocioſū. ꝑ ꝯñs
verbū nociuūꝫ. ⁊ multo fortiꝰ omnē actū ma
lum. ꝑpter qḋ Math. 5. poſt ſuppletiōem ꝑce
ptorū moraliū veteris legis ꝯcludit perfectio
nē euangelij. d. (Eſtote ḡ ꝑfecti ⁊c̄) Perfec aūt
xp̄s moralia precepta legis eis conſilia euāge
lica ſuꝑaddendo. ꝑpter quod Math. 19. dicit
iuueni dicenti ſe cuſtodiſſe mandata legis. ⁊ q̄
renti vlterius viā perfectionis. dicit ſaluator.
adhuc vnū tibi deeſt ſi vis perfectꝰ eē vade et
vende oīa que hēs: ⁊ da pauperibus. ⁊ hēbis
theſauꝝ in celo. ⁊ veni ⁊ ſequere me. 2°. dico ꝙ
lex noua perfecta eſt ꝙ̄tum ad ſacramenta. qꝛ
ꝯferunt grāꝫ qḋ nō faciebant ſacramēta ve. le.
ꝑpter qḋ dicit Jo. 1. Lex per moyſen data eſt.
grā ⁊ v̄itas ꝑ ihm xp̄um. ꝑꝑ hoc de ioāne bap
tiſta q per ſuaꝫ ꝑdicatōem ⁊ baptiſmū ſuū diſ
ponebat pplm ad xp̄i baptiſmuꝫ. ⁊ per ꝯñs ad
alia ſacrā cū baptiſmus ſit ianua ſacroꝝ. Lu.
. 1. dr̄. ipe preibit ante illū in ſpiritu ⁊ v̄tute he
lie parare dño plebem perfcām. 3°. lex noua ꝑ
fecta eſt ꝙ̄tum ad ſacrificia. qꝛ in ipa eſt vnuꝫ
ſacrificiū ꝑfectiſſimum. ſ. eucariſtia que nō ē
tñ ſacrm̄. ſꝫ ēt ſacrificium. qꝛ ibi xp̄s quodam
mō imolat. ⁊ fructꝰ ſue benedicte paſſionis a
populo ꝑcipit. tñ iſtud ſacrificiū tāq̄ vnū ⁊ ꝑ
fectū fuit in lege figuratū ꝑ mlt̄a ſacrificia et
varia. ſic perfectū per iꝑfectū. eiꝰ aūt perfe
ctio apparet in duobꝰ. p̄ qꝛ tollit peccata qḋ ñ
poterāt facere legis ſacrificia. ꝑpter qḋ Jo. 1.
dr̄. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mū
di. i. peccata oīs fidel. ⁊ ifidel ſꝫ qḋ dr̄ Jo. 3. ca.
p̄ma canonica. Ipe ē ꝑpiciatio ꝑ pccīs nr̄is. ñ
ꝑ nr̄is tñ: ſꝫ ēt ꝑ totiꝰ mundi. 2°. appet eiꝰ ꝑ
fectio. qꝛ augmētat grām ſm qḋ dr̄ Jo. 6. Qui
manducat me viuit ꝑpter me ꝑ augmentū. ſ.
grē. de vtroqꝫ aūt effectu hꝰ ſacrificij dr̄ hebr.
10. hic aūt vnā ꝑ pccīs hoſtiā offerēs. ſ. ſemet
ipm ſedet in dextera dei p̄ris. Sequit. vna. n.



oblatiōe cōſumauit in ſēpiternū ſacrificatos.
amorē culpe oſtdit cū dicit. i auctoritate vnā
ꝑ pccīs hoſtiā offerēs. collatio ⁊ augmētatio
grē cū dicit. ꝯſumauit i ſēpiternū ſcificatos. ⁊
ſic ꝑfectio euāgelij pꝫ ex ꝑfectiōe ſacrificij. ꝑꝑ
qḋ dicit. Heb. 9. Xp̄s aſſiſtēs pōtifex futuro
rū bonoꝝ ꝑ āplius ⁊ ꝑfectiꝰ ⁊c̄. Tertio oſtdit
ꝑfectio legis euāgelice quātū ad iudicialia. qꝛ
īducit ad obſuātiā legis nō ꝑ timorē pene ſꝫ ꝑ
amorē iuſtitie: qḋ ē ꝑpriū ꝑfectoꝝ. ut ſupra di
ctū ē. ꝑpter qḋ lex noua dicit ꝑfecta ſcḋm qḋ
dicit. Jo. p̄. Qui autē pſpexerit i lege ꝑfecte li
bertatis ⁊c̄. Itē qꝛ nullū inocētē punit. nec ali
qd malū īpunitū relinqt. qꝛ etiā v̄ba ocioſa pu
niēda oſtdit. ut ſupra dictuꝫ ē. ⁊ ñ ſolūmō v̄ba
ocioſa. ſed etiā malas cogitatiōes. ſcḋm qḋ di
cit Math. 5. Ego aūt dico vobis ꝙ qcunqꝫ vi
derit mulierē ad cōcupiſcēdā eā: iā mechatꝰ ē
in corde ſuo. ꝑpter quod lex noua eſt perfecta
de qua poteſt exponi illud Canti. 6. Una eſt co
lumba mea ꝑfecta mea. dr̄. n. lex noua colūba
methaphorice: qꝛ ē ſine felle amaritudīs nullū
innoxiū puniens. dicit perfecta. qꝛ nulluꝫ ma
lū permittens. ⁊ ſic apparet perfectio legi euā
gelice ꝙ̄tum ad legis corpus qḋ ꝯtinꝫ manda
ta. Silr lex noua perfecta ē ꝙ̄tum ad finē legi
qui quidē finis eſt vita beata. ad quē finē ime
diate introducit lex euangelica. quod nō pote
rat lex vetus niſi tantū in figura. ꝑpter qḋ di
cit apoſtolus ad hebr. 12. Non acceſſiſti ad tra
ctabilem ignem. i. corꝑalem ⁊ viſibilē: ſicut ac
ceſſerunt iudei in mōte ſynai. ſed acceſſiſti vos
. ſ. credentes in xp̄o ad ſyon mōteꝫ ciuitatē dei
uiuentis celeſtē hierlꝫ ⁊ multoꝝ miliū angelo
rū frequentiā ⁊ eccleſiaꝫ p̄mitioꝝ qui ꝯſcripti
ſūt in celis ⁊ iudicem oīum deū: ⁊ ſp̄ūs ſcoꝝ
ꝑfectoꝝ. ꝑpter qḋ apoſtolꝰ hebre. 7. Poſtq̄ di
xerat nihil ad perfectū adduxit lex. ſ. lex vetꝰ
adiuxit. Introductio v̄o melioris ſpei ꝑ quā
ꝑximamꝰ ad deū. ſ. in noua lege. pꝫ igit ex ꝑdi
ctis ꝙ lex noua perfecta ē. ⁊ ꝙ̄tuꝫ ad cognitio
nē fidei legi ꝑuiā ⁊ ꝙ̄tum ad ipm corpus legis
⁊ ꝙ̄tum ad eiꝰ finē. Iſta aūt perfectio legis fi
gurata ē. 3. Reg. 6. vbi dr̄ ſic. Perfecta eſt do
mus dñi in oī oꝑe ſuo. Lex. n. noua pōt ꝯueni
enter dici domꝰ dñi. qꝛ huiꝰ domꝰ ipe eſt edifi
cator. qꝛ lex noua data ē ab eo imediate nō lex
verꝰ ſcḋm qḋ dr̄ Hebr. 1. Multifarie multiſqꝫ
modis olim deꝰ loquens p̄ribus in ꝑphetis no
uiſſime diebꝰ iſtis locutus locutꝰ eſt nobis in
filio ſuo ꝯſubſtantiali ⁊ coeterno. vt ibidē ſub
dit. dr̄ etiā lex noua domꝰ dñi. qꝛ ipe ē huiꝰ do
mꝰ inhabitator: qꝛ in ſacrō ⁊ ſacrificio no. le. ſ.
eucariſtie ꝯtinet totus xp̄s realr. bñ igit dr̄
ꝑfecta eſt domꝰ dñi in oī oꝑe ſuo. qꝛ ꝑfecta eſt
lex noua in cognitione fidei. in ꝑceptis mora
libus. in ſacrificijs. in ſacramentis. ⁊ iudicia
libus ⁊ perfecte introducit ad finē legis. ſ. vitā
beatā que ē finis diuine legis. ⁊ ſic pꝫ ſcḋꝫ p̄n

cipale. 3°. p̄ncipalr oſtendit in verbo ꝑaſſum
pto ordo vtriuſqꝫ. ſ. legis ⁊ euāgelij. cū dr̄. Cuꝫ
venerit hoc euacuabit illud. in quo aduenien
te euangelio lex oſtendit euacuari. vbi oſtēdi
tur triplex ordo legis. ⁊ euāgelij. ſ. ordo tp̄is di
gnitatis. ⁊ virtutis. Prioritate v̄o tp̄is lex ve.
ꝑor eſt q̄ noua. qꝛ erat diſpoſitio ad ipam inq̄
tum ꝑ eā hoīes retrahebant ab idolatria. ⁊ te
nebant ſub cultu vniꝰ dei. et ſic diſponebant
ad ſuſceptōem euangelij. ⁊ hoc ē qḋ dicit apoꝰ
ad Gal. 3. Priuſq̄ veniret fides. i. lex euangeli
ca vbi hētur fides explicata. ſub lege cuſtodie
bamur ꝯcluſi in eam fidē: que reuelanda erat
Prioritate aūt dignitatis eſt econuerſo. ꝑpter
qḋ apoꝰ ad Gal. 4. Cōꝑat duo teſtamenta duo
bus filijs abrahe. quoꝝ p̄mus origine ſꝫ carnē
natꝰ eſt. ſcḋs aūt. ſ. Iſaac ꝑ repromiſſioneꝫ. ꝑꝑ
quod fuit ꝑor dignitate. Silr lex noua ꝑor eſt
ve. te. ordine efficacie ⁊ v̄tutis. qꝛ obligatio illiꝰ
legis ceſſat aduenient e euāgelio ſcḋm qḋ dicit
ad. gala. 3. At vbi venit fides iā nō ſumus ſub
pedagogo. i. ſub lege q̄ erat pedagogꝰ noſter i
xp̄o vt ibidē dicit. qꝛ lex euacuat aduenīete
euāgelio. Cōſiderandū tamē ꝙ diuerſimode
euacuāt ꝑcepta moralia legis ⁊ cerimonialia
⁊ iudicialia. Ad cuius intellectū ſciēdū. ꝙ qñ
fit mutatio a cōtrario i ꝯtrariū. oportet termi
nū a quo totaliter euacuari. ſic qñ ex albo fit
nigrū albedo tollit. qñ aūt ex iꝑfecto fit ꝑfe
ctum. nō tollit totaliter terminus a quo: ſed
tantū eius iꝑfectio. ſ. qñ ex minus albo fit ma
gis albū nō tollit albedo ꝑcedētis. ſed tantū
eius iꝑfectio. Ulteriꝰ cōſiderādū ꝙ qñ corrū
pit terminus a quo ꝑ accidēs illud qḋ ē ei ad
iūctū corrūpit. pōt tamē manere cū termino
ad quē ſi nō hēat ad ipſū ꝯtrarietatē nō tamē
manet numero ſꝫ ſpecie tātū. ſicut qñ de aere
fit ignis manet qualitas ſimbola. Cerimonia
lia igit euacuāt p̄ mō. qꝛ ꝯtrariāt noue legis
cultui. Ad cuius itellectū ſciēdū ꝙ cerimonie
ſicut dictū ē ordināt ad cultū diuinū. ſcḋꝫ qḋ
dicit Augꝰ in enchiri. c. 3. Deus colit ſpe fide
⁊ caritate. loq̄ndo de cultu interiori. Igit ceri
monie q̄ ſūt quedā ꝑteſtatiōes cultus interio
ris debēt cōcordare cultui interiori. q ē ꝑ fidē
⁊ caritatē. Eſt aūt triplex ſtatus hoīs. vnus ē
in quo habet fides ⁊ ſpes de bonis celeſtibus
⁊ de his ꝑ que ad ipſa itroducimur. ſ. de myſte
rijs xp̄i ⁊ de vtriſqꝫ ſicut de futuris ⁊ hic ē ſta
tus veteris teſtamēti. Alius ē ſtatꝰ hoīs i quo
habet fides de bonis celeſtibꝰ ſicut de futuris
ſꝫ de his ꝑ que introducimur ad celeſtia. ſ. de
myſterijs xp̄i habet fides ſicut. de ꝑſentibus
vel ꝑteritis. ⁊ hic ſtatꝰ ē noue legis. Tercius
ſtatus ē i quo vtraqꝫ habēt tāq̄ p̄ſītia ⁊ euidē
tia ⁊ nihil credit. ⁊ hic ē patrie ſtatus celeſtis.
in hoc aūt tertio ſtatu vbi nihil credit nihil ē
cerimoniale vel figurale ad cultū ꝑtinens ſm
ꝙ dicit Apoc. 21. Tēplū nō vidi in ea dominꝰ

deꝰ oīpotens tēplū illiꝰ eſt. Pari igiť rōne ad/
ueniente ſtatu z°.ſ.noue le.cerimonie pmi ſta/
tus.i.legis veteris ceſſare debuerunt ⁊ induci
alie que ↄuenirent ſtatui no.le.in q̄ bona cele/
ſtia expectanť de futuro.ſ; bñficia xp̄i habita
ſunt de p̄terito.⁊ iō q2 cerimonie ve.le.ſignifi/
cabant xp̄m ventuꝝ.dignū ē ꝙ euacuenť i no
ua lege in q̄ myſteriū xp̄i iā eſt p̄teritū. ⁊ hoc ē
qđ dicit apoſtolꝰ ad Hebꝛ.9.tranſlato ſacerdo
tio neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat.ſ.q̄tum
ad cerimonialia. thurificatiōe tñ accepta. q̄a
non ſignificabat myſteriū xp̄i venturi directe
ſ; deuotōem populi ad xp̄m. Non autē dz eſſe
minoꝛ deuotio ad xp̄m iam p̄ſētialr̄ exhibitu;
q̄ tunc erat ad ip̄m venturum. ꝓpter qđ in no
ua lege manet thurificatio p quē deſignať mi
niſtroꝝ eccľie ⁊ ip̄ius populi deuotio. Moꝛa/
lia aūt p̄cepta euacuanť tm̄mō ſcđ; quid.ſ.q̄
tu; ad iperfectōez.Cuiꝰ rō eſt.q2 ſunt de dicta
mine recte rōis.⁊ iō manet q̄tu; ad ſubſtātiā
p̄cepti.remota tñ imperfectōe ſicꝫ p; Math.5.
vbi poſitis p̄ceptis moꝛalibꝰ addiť ꝑfectio q̄
nō intelligebať a iudeis eē ſub p̄cepto. vñ ibi/
dē diciť.audiſtis:q2 dictu; eſt antiq̄s nō occi/
des ⁊c.⁊ ſuppleť illud qđ ſequiť.Ego aūt dico
vobis ꝙ oīs qui iraſciť fratri ſuo ⁊c. ⁊ eodem
mō in ꝓhibitōe mechie poſito p̄cepto addiť ꝓ
hibitio interioꝛis ↄcuple. vñ ibidem dr̄. Audi
ſtis q2 dictu; ē antiquis non mechaberi. ⁊ ſub
diť.Ego aūt dico vobis q̄cunq; viderit mulie
rē ad ↄcupiſcendā eā iam mechatꝰ eſt in coꝛde
ſuo.⁊ ſiľr eſt intelligendū de alijs . ⁊ ſic pat; ꝙ
moꝛalia p̄cepta ve.le.nō euacuanť q̄tum ad
ſubſtantiā legis.ſ; ſolū q̄tū ad iperfectōez. ꝓ
pter qđ dicit apoꝰ p̄ma Coꝛin.i3. Cu; factꝰ fui
vir euacuaui que erāt ꝑuuli.Statꝰ aūt ve.le.
ↄpať puero ſcđ; qđ hētur Gal.3.Lex pedago/
gus nr̄ fuit.pedagogꝰ aūt ē ductoꝛ pueri.Statꝰ
no.le.cōpať viro ꝑfecto.⁊ iō ſicꝫ manet idē hō
q̄tum ad ſubſtātiā in pueritia ⁊ virili etate re
mota tñ iꝑfectōe pueritie:ſic eſt de moꝛaliu;
p̄ceptoꝝ euacuatōe. Judicialia autem p̄cepta
euacuāť tertio mō.q2 adueniēte le. gr̄e ceſſat
coꝝ obligatio.poſſet tñ aliq̄s p̄nceps oꝛdīare
qđ ſeruarenť in regno ſuo.ita tñ ꝙ nō reputa/
ret ea eē obligatoꝛia ex lege moyſi.rō aūt p̄dci
ē.q2 iudicialia p̄cepta ꝑ ſe ⁊ directe nō erāt oꝛ/
dinata ad ſignificādu; aliquid futuꝝ:ſicꝫ erāt
cerimonialia:ſ; erāt oꝛdinata ꝑ ſe ⁊ directe ad
ↄſeruandū oꝛdine; iuſticie in ppľo iudaico.q2
tñ ſtatꝰ illiꝰ ppľi erat totꝰ figuralr̄ reſpectu xp̄i
vt dicit apoꝰ.i.ad Coꝛinti.10.in figura ↄtinge
bant illis.ꝑ ↄñs ⁊ iudicialia p̄cepta illiꝰ popu
li erāt figuralia nō directe.ſ; ex cōſequenti.et
iō ſi aliq̄s ſeruaret ea ex hoc ꝙ tunc fuerūt ſta
tuta.hoc eēt dicere ꝙ ſtatuſ ille adhuc durat.
qđ eſt erroneū ⁊ illicitū.ſi tñ aliq̄s p̄nceps vel
let ea de nouo ſtatuere poſſ; licite.Conſiderā/
dū tñ ꝙ in le.no.iudicialia trāſierunt q̄tū ad

eoꝝ rigoꝛē.q2 ſunt magis obſeruanda ex amo
re virtutis q̄ ex timoꝛe.q2 lex noua ē lex amo
ris. ꝓpter qđ dr̄.i.Jo.4.ꝑfcā caritas foꝛaſ mit
tit timoꝛē.⁊ ſic p; ex p̄dictis ꝙ oīa legi p̄cepta
aliquo mō ꝑ euāgeliū euacuanť . ꝓpter qđ di/
cit apoꝰ ad Ro.3.alloquens iudeos i lege glo
riantes vbi eſt gloꝛiatio tua tu iudee q in lege
gloꝛiaris:vt ſ pmiſerať Ro.z.ca.excluſa eſt.i.
euacuata.ſeq̄tur.ꝑ quā legē factoꝝ:q.d.nō.le
gē aūt factoꝝ vocat le. ve.nulla aūt res exclu
dit ſeipa; vel euacuat.ſequiť.ſed ꝑ legē fidei.
legē fidei vocat le.no.ſic.n.euacuat ⁊ excludit
veterē.patēt igr̄ tria p̄dicta in v̄bo p̄ notata.ſ.
imꝑfectio legis moſaice.ꝑfectio legis euāgeli/
ce.⁊ oꝛdo vtriuſq;.Ad maioꝛē aūt ſequentiu;
⁊ p̄dictoꝝ euidentia;.queriť vtꝝ hec epľa ſit
pauli apľi.Et arguiť p̄ ꝙ nō.q2 in hac epľa nō
teneť modꝰ ſcribendi:q eſt i alijs epľis pauli p̄
ponendo nomen ſuū ⁊ ſui apoſtolatꝰ officiu;.
vt p;.q̄ ⁊c. Itē q2 elegātioꝛ ē ſtilus in hac epľa
q̄ in alijs.Ad ↄ̄ꝛium ē vſus ⁊ ↄſuetudo eccľe i
q̄ allegať iſta epľa tanq̄ ab apľo ſcripta. Rñ/
deo dicendo ꝙ ꝓpter rōnes p̄dictas ab aliqui
bus fuit opinatu;:ꝙ hec epľa non eſſet pauli.
ꝓpter qđ aliq̄ dicebāt ꝙ erat epľa clemētiſ pa
pe ⁊ martyri: ⁊ mouebāť ad hoc.q2 ipſe ſcripſit
athenieñſibꝰ epľam ꝑ oīa ↄſimilē.Alij aūt dice
bāt ꝙ erat Luce euāgeliſte ⁊ mouebāť ad hoc
q2 ipſe eā p̄ ſcripſit grece ut diciť i ꝓlogo Alij
aūt dicebāt ꝙ erat terculiani q fuit ꝓpinquꝰ
apľoꝝ tp̄i. S; mō idubitāter teť qđ ē epiſtola
pauli qđ ꝓbať multiplici rōe.p̄ auctoꝛitate ec
clie cuiꝰ eſt talia dubia determinare.in ſinodo
aūt nicēo recepit eccleſia iſtā epľam tanq̄ ab
apľo ſcriptā.z° hoc idē ꝓbať ꝑ auctoꝛitatē ſc̄i
quoꝝ doctoꝝ ⁊ potiſſime beati dionyſij q fuit
diſcipulus bt̄i pauli . Iſte aūt in ſcriptis ſuis
allegat dicta huiꝰ epľe tāquā dicta pauli ma/
giſtri ſui.Tertio hoc ꝓbať ex auctoꝛitate chri/
ſoſtomi ſuꝑ epľam iſtā dicētis.ꝙ paulꝰ eā ſcri
pſit rome exiſtens. Poſtq̄.n.biēnio rome fue/
rat ꝓpter appellatiōnē factā ad ceſarē de qua
habeť in actibꝰ apľoꝝ.habuit licētiā trāſeū/
di i hiſpaniā.⁊ iudeos ibi vidit ⁊ poſtea romā
rediēs de illo loco hāc epľam eis ſcripſit ut di
cit Chꝛyſo.Quarto p; ꝓpoſitū ex his que dicū
tur vltio.c.hꝰ epľe videl; ꝙ miſſa fuit hec epľa
ꝑ thimotheū q fuit filiꝰ ſpūalis pauli apľi. 5°
hoc idē arguiť ex zelo apľi ad ſalutē iudeoꝝ
de quo zelo dicit ad ro. 9. Optabā anathema
eē ꝓ frībꝰ meis q ſūt cognati mei ex q̄bus xp̄s
ſ; carnē .ad ro.z.Quādiu ſū apľs gētiū miſte
riū meū honoꝛificabo ſ; quō ꝓuocē ad emu/
landū carnē meā.i.iudeos ut ſaluū faciā ali
quos ex eis.iō nō ē aliquo mō ꝓbabile quin
paulꝰ ſcripſit iudeis ad eoꝝ ſalutē. q tot alia
ſcripſit alijſ gētibꝰ ꝓ ſalute.earūdē nulla aūt
alia epľa pauli dr̄ ſcripta hebꝛeiſ niſi iſta. q̄ ⁊c
Sexto ꝓbať ꝓpoitū ex zelo pauli apľi ad euā



gelicā veritatē ex q̄ zelo reꝑhendit petꝝ man i
feſte. vt hētur ad gal.z. Nunc aūt ita eſt ꝙ ſicꝫ
neceſſariū fuit eccleſiaſticā v̄itate; p̄dicari ad
ↄuerſionē fideliū:ſic neceſſariū fuit eam ſcribi
ad ↄfutatōez hereſi; inſurgētiū ꝓpter qđ Jo.
euāgeliū ſuū incipit a natiuitate xp̄i eterna.q2
videbat hereſim hebionitaꝝ inſurgere:qui di
cunt xp̄; añ mariā nō fuiſſe.paulus aūt apoꝰ
vidit tp̄e ſuo hereſim nazareoꝝ iſurgere q di
cunt eē neceſſariū ad ſalutē ſeruare legē ve.et
nimiū iualuit hoc dictū. ita ꝙ ēt petrꝰ aliquo
mō offendit i obſeruatōe legaliū. ꝓpter quod
paulꝰ reſtitit ei i facie. vt dictū eſt.iō nō ē veri
ſimile q̄n paulꝰ apoſtolus aliq̄d ſcriberet con
uerſis de iudaiſmo ad ↄfutatōem hꝰ erroꝛis .
hoc aūt fit in hac epľa. vt patebit dñ̄o ↄcedēte
⁊ iō tenēdū ē indiſcuſſe ꝙ iſta epľa fuit a pau/
lo apľo ſcripta.Ad p̄mum argumētū p; ſolutō
i ꝓlogo.nō.n.erat apoꝰ iudeoꝝ:ſ; gētiū. ſcđm
ꝙ ip̄e dicit gal.z.Creditū eſt mihi euangeliu;
p̄pucij ſicut ⁊ petro circūſiōis ⁊c.⁊ iō nō ſcrip/
ſit in hac epľa q̄ dirigebať iudeis nomē ſui of/
ficij.ſiľr nec nomē ꝑſone.q2 ip̄e erat odioſus iu
deis. vt p; in actibꝰ apľoꝝ in multi loci.ꝑꝑ qđ
epľa fuiſſet minꝰ recepta ab eis ſi nomē pauli
eēt ibi ꝓpoſitū.Ad z° dicēdū ꝙ ſtilꝰ eſt elegā/
tioꝛ.q2 q̄lib; eleganti loquiť linguam ꝓpꝛia;
q̄ alienā.ip̄e aūt paulus ſcripſit hāc epľam ſo
lā hebꝛaice.⁊ iō loquiť magis oꝛnate.S; ↄtra
hoc iſurgit vnū dubiū.q2 ꝑ īfuſionem ſpūs ſc̄i
hūit donū linguaꝝ ſcđm qđ hētur p̄ma Coꝛin.
14.Gr̄as ago deo meo ꝙ oīum vr̄m lingua lo/
quoꝛ.dona aūt ſpūs ſc̄i ꝑfecta ſūt . q̄ ita ꝑfecte
loquebať alia idiomata ſicꝫ hebꝛaicū. Dicēdū
ꝙ donū linguaꝝ datū ē apoſtoľ ad p̄dicandū
fidē xp̄i oībꝰ populiſ.⁊ iō datū ē hoc donū apo
ſtolis ꝓut faciebat ad efficaciā p̄dicatiōis. ad
hoc aūt nō mľtū facit oꝛnatꝰ verboꝝ: ſ; aliq̄n
magis ip̄edit. vt p; per apľm p̄ma ad Coꝛin.z.
Sermo meꝰ ⁊ p̄dicatio mea nō in ꝑſuaſibilibꝰ
hūane ſapie verbis ⁊c.⁊ iō nō ē mirꝝ ſi paulus
apľs habuit aliquē oꝛnatu; v̄boꝝ in hebꝛaica
lingua ex hūana acq̄ſitione quē non habuit in
